

# REGESTI ISPRAVA 16. STOLJEĆA IZ ARHIVA HRVATSKE AKADEMIJE ZNANOSTI I UMJETNOSTI

Šesti dio: Isprave iz razdoblja 1555.-1557.

Regeste sastavili Antun Mayer i suradnici,  
za tisak priredila Maja Katušić

Maja Katušić  
Hrvatski institut za povijest  
Zagreb

UDK 94(497.5)“15“(093)  
930.253:930.22  
Stručni rad  
Primljeno: 4.5.2012.  
Prihvaćeno: 17.10.2012.

Rad je nastavak objavljivanja regesta isprava koje se čuvaju u Arhivu Hrvatske akademije znanosti i umjetnosti, točnije u zbirci isprava Diploma-ta. Objavljivanje regesta započela je grupa djelatnika i vanjskih suradnika Historijskog instituta Jugoslavenske akademije znanosti i umjetnosti (danas: Odsjek za povijesne znanosti Zavoda za povijesne i društvene znanosti HAZU) te su u svescima 2-5 u Zborniku objavljene srednjovjekovne isprave. Godine 2007. objavljivanje regesta je nastavljeno, a do sada su objavljene isprave u vremenskom rasponu od 1527. do 1554. godine. U ovom, šestom dijelu, objavljene su isprave od 1555. do 1557. godine.

**Ključne riječi:** rani novi vijek, hrvatska povijest, povijesni izvori, isprave, Arhiv Hrvatske akademije znanosti i umjetnosti

## Signature arhivskih skupina

D – Documenta  
DV – Documenta Dalmatico-Veneta/Documenta Veneta  
Frg – Acta fragmentaria/Regesta fragmentorum

## Opće kratice

Cop. legal. – copia legalis, ovjerovljeni prijepis  
Latine c. – latine conscriptum  
Orig. pap. – originale papireum, original na papiru  
Orig. perg. – originale in pergamena

### Kratice izdanja isprava i regesta

AC 3 = *Hrvatski saborski spisi. Acta comitialia regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae*, prir. Ferdo Šišić, sv. 3, MSHSM, sv. 39, Zagreb 1916.

## REGESTI ISPRAVA

### 944. Gradecz, 20. I. 1555. (D – XXXIII – 2)

Ioannes Wagathowych Nicolaum Bradach de Ladomercz, qui ei pro quibusdam petiis Karasiae acceptis 65 florenos persolvit, expeditum reddit. Orig. [Šavor]

### 945. Warasdini, 31. I. 1555. (D – XXXIII – 3)

Paulus de Rathka vicecomes ac iudices nobilium comitatus Warasdiniensis testantur Petrum Castellanffy de Zenthlelek eiusque uxorem Annam Bradach de Ladomercz a Martino Bwsanych de Rathkowcz accusatos: 1) quod in terris exponentis in Gernchar fossatum aquae plenum diruissent, terras usurpassent et damnum in 50 florenos in foenilibus exponenti intulissent; 2) quod Fabiano Forko florenos 2 cui cuidam colono ipsorum mutuo datos reddere vollent; 3) quod triticum coloni sui Pauli Kobazyh in possessione Brezyche conculcassent et saepes disfecissent; 4) quod sibi equum pro accipitre, qui 16 florenorum est, ex conventionone dare noluisse; 5) quod suum foenum in possessione Scherbyncz depavissent; 6) quod saepibus Martino Ilchych, montanistae exponentis in possessione Brezyche dirutis triticum equis conculcassent et montanistam ipsum aggressi essent; 25. I. 1555. ammonitos et in ius ad futuram congregationem comitatus Warasdinum evocatos esse. Orig. [Juričan]

### 946. Radahowcz, 4. II. 1555. (D – XXXIII – 4)

Catharina Imrehffy de Zerdahel, Lucae Zekel de Kewend uxor, Michaeli Imrehffy de dicta Zerdahel, filio suo e praefato Luca suscepto, castrum suum Krapyna omnesque eiusdam castris pertinencias ac iura possessionaria ad eas spectantia coram Nicolao comite de Zrinio bano donat. Orig. [Šavor]

### 947. Pwhakowcz, 7. II. 1555. (D – XXXIII – 5)

Unio pacis inter Simonem Mirkoczy ut actorem et Michaellem Syska eiusque uxorem Cristinam, filiam quondam Andreae de Mirkowcz, de vi accusatos a Georgio Ladomercz subvicecomite et aliis septem arbitris facta. Orig. [Mayer]

### 948. Warasdini, 21. II. 1555. (D – XXXIII – 6)

Paulus de Rathka vicecomes ac iudices nobilium comitatus Zagrabiensis testantur ex inquisitione ad rogatum Francisci Gregwroczy facta constare Ioannem Gregwroczy 60 plaustra lignorum fagi pro foco e litigiosa inter eos silva Zelwbynyak succidisse, immo vero, quamquam ab Iohanne de Pwhakowcz, iudice nobilium, prohibitus esset, 20 plaustra domum asportasse. Orig. [Mayer]

### 949. Warasdini, 21. II. 1555. (D – XXXIII – 7)

Paulus de Rathka vicecomes ac iudices nobilium comitatus Zagrabiensis testantur Ioannem Gregwroczy, a Francisco Gregwroczy de Gregwrowcz usurpationis partis silvae Reberczae aliter Zawoy accusatum, inquisitione facta in ius vocatum esse. Orig. [Mayer]

### 950. Warasdini 26. II. 1555. vide Zagrabiae, 27. III. 1555. (D – XXXIII – 10)

**951. Warasdini, 22. III. 1555. (D – XXXIII – 8)**

Paulus de Rathka vicecomes ac iudices nobilium comitatus Warasдиниensis testantur Lucam Zekel de Kewend, liberum dominum in Ormosd, eiusque uxorem Catherinam Imrehffy de Zerdahel, a Petro Keglwyeh de Bwsyn de vi identidem eorum iobagionibus illata accusatos, inquisitione facta in ius vocatos esse. Orig. [Mayer]

**952. Warasdini, 23. III. 1555. (D – XXXIII – 9)**

Paulus de Rathka vicecomes ac iudices nobilium comitatus Warasдиниensis testantur Bernardum et Gabrielem Thuroczy, qui a Petro Castellanffy de Zenthlelek eiusque uxore Anna Bradach accusati sunt, quod eorum castellanus et walpotus Georgium Thwrczyn, castellanum castelli exponentium Bathina, cepissent, inquisitione facta in ius vocatos esse. Orig. [Mayer]

**953. In Syppek, 27. III. 1555. (D – XXXI – 143)**

Philippus Konthowych terram arabilem Thomae Chagel 70 florenis coram Matheo Suppanich, suppano generationis nobilium de Draganich, vendit. Orig. [Mayer]

**954. Zagrabiae, 27. III. 1555. (D – XXXIII – 10)**

Capitulum Zagrabiese litteris Nicolai comitis de Zrynio bani Warasdini, 26. II. 1555. datis iussum Michaelem Imrehffy de Zerdahel, filium Lucae Zekel de Kewend eiusque uxoris Catherinae Imrehffy de eadem Zerdahel susceptum, in dominium castri Krapyna 11. III. 1555. atque castri Kozthel 12. III. 1555. cum bani emissario, nullo contradictore apparente, introducit. Orig. [Šavor]

**955. Warasdini, 2. IV. 1555. (D – XXXIII – 11)**

Paulus de Rathka vicecomes ac iudices nobilium comitatus Warasдиниensis testantur in quibusdam causis inter Franciscum et Vicentium Gregwroczy de Gregurowcz contra Ioannem Greguroczy ortis 28. III. 1555. hos ammonitos esse, ut in omnibus "absque tergiversatione et iuris strepitu satisfaciant." Orig. [Juričan]

**956. Warasdini, 6. IV. 1555. (D – XXXIII – 12)**

Ioannes Wngnad, comes comitatus Warasдиниensis, in causa Francisci Gregwroczy de fenili quodam, quod Janko Dwdyeh vi occupavit, secundum testimonium 11 ignobilium sententiam fert, qua fenile actori adiudicat, reum autem 50 marcis homagialibus (= florenis) multat. Orig. [Mayer]

**957. Zagrabiae, 7. IV. 1555. vide Zagrabiae, 27. V. 1555. (D – XXXIII – 33)**

**958. Warasdini, 8. IV. 1555. vide Zagrabiae, 28. V. 1555. (D – XXXIII – 34)**

**959. Warasdini, 11. IV. 1555. vide Zagrabiae, 21. IV. 1555. (D – XXXIII – 16)**

**960. Warasdini, 11. IV. 1555. vide Zagrabiae, 15. V. 1555. (D – XXXIII – 28)**

**961. Zagrabiae, post 11. IV. 1555. (Frg – CIIL – 19)**

Capitulum Zagrabiese iuxta mandatum bani Nicolai de Zrynio 11. IV. 1555. datum Elenam Pwkry de Pethrowyna, viduam Emerici Bradach, quae a filio eius Nicolao de detentione pecuniarum et rerum argentearum et aurearum patris eius accusata est, in ius vocat. [nepotisan]

**962. Warasdini, 13. IV. 1555. (D – XXXIII – 13)**

Nicolaus comes de Zrynio banus in quadam causa inter Stephanum Bwsanych de Rathkowcz eiusque uxorem Barbaram Dwdych, ut actores atque Petrum Keglwyh de Bwsyn eiusque filium Matthiam ut reos, coram se mota et habita, in qua rei condemnati sunt, ad horum protestationem comiti iudicibusque comitatus Warasdiniensis praecipit, ut actores a iure iurando dando inhibeant eosque in ius coram se evocent novum iudicium recepturos, quo si forte praefati rei contenti esse noluerint, ex tunc ipsam causam ad se recognoscenti causa transmittant. Orig. [Šavor]

**963. sine loco, 14. IV. 1555. (D – XXXIII – 14)**

Capitulum Chasmense bano Nicolao comiti de Zrynio nuntiat Franciscum Keglwyh de Bwsyn, abbatem de Thopozka, eiusque castellanum Petrum Kerlewachky de Kerlewach et alios servitores, quos capitulum Zagrabiense accusavit, quod suos iobagiones, ad bona capituli profugos, verberaverunt, vulneraverunt, uni etiam caput detruncaverunt, 9. IV. 1555., ut banus litteris Warasdini 2. IV. eodem anno iusserat, in ius vocatos esse. Orig. [Mayer]

**964. Warasdini, 17. IV. 1555. vide Zagrabiae, 28. V. 1555. (D – XXXIII – 34)**

**965. Zagrabiae, 19. IV. 1555. (D – XXXIII – 15)**

Ioannes Alapy de Naghkemlek nomine uxoris suae Elizabeth filiae quondam Wolffgangi de Frangepanibus, comitis de Thersacz, coram capitulo Zagrabiensi Catherinam Imreffy, uxorem Lucae Zekel, iuridice prohibet, ne privigno Michaeli Zekel castra Krapyna et Kozthel inscribat et maritum Lucam in eorum possessionem introduci faciat. Orig. [Mayer]

**966. Zagrabiae, 21. IV. 1555. vide Warasdini, 1. V. 1555. (D – XXXIII – 24)**

**967. Zagrabiae, 21. IV. 1555. vide Zagrabiae, 15. V. 1555. (D – XXXIII – 28)**

**968. Zagrabiae, 21. IV. 1555. (D – XXXIII – 16)**

Capitulum Zagrabiense litteris Nicolai comitis de Zrynio bani Warasdini 11. IV. 1555. datis iussum, testatur Elenam Pewkry de Pethrowyna, viduam Emerici Bradach de Ladomercz, a Nicolo Bradach filio suo accusatam, quod in divisione portionem bonorum et rerum mobilium ei dare recuset, 16. IV. 1555. ammonitam et in ius banale evocatam esse. Orig. [Juričan]

**969. Zagrabiae, circa 24. IV. 1555. (D – XXXI – 144)**

Nicolaus comes de Zrynio, banus ac ceteri iudices de sede iudiciaria Zagrabiensis in causa inter Petrum Keglwyh de Bwsyn eiusque filios ut actores ac Lucam Zekel de Kewend eiusque uxorem Catherinam, Michaelis Imrehffy de Zerdahel filiam ut reos, de litteris privilegiisque castrorum Crapyna et Kozthel, quae praefato Michaele mortuo ad manus filiae eius deueniunt, actori non traditis, sed tradendis, mota, perspectis litteris capituli Zagrabiensis de executione a Ferdinando rege 10. VIII. 1553. iussa et 25. VIII. 1553. facta, 30. VIII. 1553. confectis, in quibus reis rationes et argumenta contra Petrum actorem tamquam hominem sententialem allata sunt, sententiam ferunt, qua in causam attracti praemissis litteris tradendis absoluti expensis paribus sumptibus in causa pro parte Iacobi Zekel acta actoribus assistere debeant. Orig. [Šavor]

**970. Zagrabiae, Aprilis 1555. (D – XXXIII – 17)**

In causa Catharinae Imreffy de Zerdahel, uxoris Lucae Zekel de Kewend, quae Petrum Keglwyh de Bwsyn accusavit, quod quendam colonum suum in possessione actricis in

Radoboya collocavit et sibi 4 iugera terrae usurpavit, quod reus negat, Nicolaus comes de Zrinio banus sententiam fert, ut actrix assertiones suas coram testibus capituli Zagrabiensis 1. X. 1555. iuramento confirmet. Orig. [Juričan]

**971. Zagrabiae, Aprilis 1555. (D – XXXIII – 18)**

Nicolaus comes de Zrynio banus in causa inter Catherinam Imreffy de Zerdahel, Lucae Zekel de Kewend uxorem, ut actricem atque Petrum Keglwyeh de Bwsyn eiusque filios Matthiam, Petrum ac Simonem, qui curiae sessionalis cuiusdam Stephani Petrach, iobagionis actricis in possessione Wrankowczy (comitatus Warasdiniensis) expilatae atque violentiae Agathae, eiusdem iobagionis vxori, ab eodem Simone illatae necnon pullorum interemptorum accusati sunt, quae facinora iidem a se commissa esse negant, sententiam fert, qua actrix iure iurando 1. X. 1555. coram capitulo Zagrabiensi dato accusationem veram saucire debeat. Orig. [Šavor]

**972. Zagrabiae, Aprilis 1555. (D – XXXIII – 19)**

In causa Catharinae Imreffy de Zerdahel, uxoris Lucae Zekel de Kewend, quae Petrum Keglwyeh de Bwsyn eiusque filios Mathiam, Petrum et Simonem accusavit, quod Stephano Petrach, colono suo in possessione Wrankowczy, comitatus Warasdiniensis, ex domo eiusdem arcum cum pharetra et 12 sagittas eripuerunt, uxorem coloni Agatham verberaverunt, et filiam eius sagittaverunt, quod rei negant, Nicolaus comes de Zrinio banus sententiam fert, ut actrix assertiones suas coram testibus capituli Zagrabiensis 1. X. 1555. iuramento confirmet. Orig. [Juričan]

**973. Zagrabiae, Aprilis 1555. (D – XXXIII – 20)**

In causa Catharinae Imreffy de Zerdahel, uxoris Lucae Zekel de Kewend, quae Petrum Keglwyeh de Bwsyn et servitores eius accusavit, quod 2 colonos suos in Pwrgarya, pertinentiis castri Kozthel, cepissent et verberassent, donec mortui essent, quod Petrus negat, Nicolaus comes da Zrinio banus sententiam fert, ut actrix assertiones suas coram testibus capituli Zagrabiensis 2. X. 1555. comprobet, reus autem servitoribus suis iudicium faciat. Orig. [Juričan]

**974. Zagrabiae, Aprilis 1555. (D – XXXIII – 21)**

Nicolaus comes de Zrinio banus in causa inter Catherinam, Lucae Zekel de Kewend uxorem, contra Petrum Keglwyeh de Bwsyn, qui maleficii a Marco Zlawkoych, castellano castri Kozthel, in Nicolao Golech, iobagione actricis in possessione Pwrgarya (comitatus Warasdiniensis) commissi accusatus est, quod facinus reus a se commissum esse negat, sententiam fert, qua actrix querelam suam veram iure iurando coram capitulo Zagrabiensi 1. X. dato saucire debeat. Orig. [Šavor]

**975. Zagrabiae, Aprilis 1555. (D – XXXIII – 22)**

In causa Lucae Zekel de Kewend, qui Petrum Keglwyeh de Bwsyn eiusque colonum Iohannem Politor aliter Mechar de vi et spoliatione Mathiae Ormosdy, tricesimatoris exponentis in monte Thersky werh, pertinentiis castri Krapyna, accusavit, cum reus neget, Nicolaus comes Zrinio banus sententiam fert, ut actor assertiones suas iuramento 1. X. 1555. confirmet. Orig. [Juričan]

**976. Zagrabiae, Maii 1555. (D – XXXII – 139)**

Cum Petrus Keglwyeh de Bwsyn eiusque filii, quiasserunt Petrum una cum Michaele Imrehffy de Zerdahel castra et bona Kozthel et Krapyna a Georgio Marchione Brandenburgensi emisse, litteralia documenta horum bonorum a Michaele Lucae Zekel de Kewend tradita esse, introduc-

tioni Iacobi Zekel in dominium dimidiae partis ei a rege donatae contradixissent, et cum capitulum Zagrabiense litteris Ferdinandi regis Posonii 10. III. 1553. datis iussum ad rogatum Petri Keglwyeh eiusque filiorum Lucam Zekel eiusque uxorem Catherinam Imrehffy in iudicium banale ad 8. X. 1553. evocasset, ut omnia litteralia documenta de dictis bonis exhibeant et una cum exponentibus in hac causa paribus expensis assistant Nicolaus comes de Zrynio banus sententiam fert, qua querela reicitur, quod exponentes Petrus Keglwyeh eiusque filius Franciscus sententia banali in causa Michaelis Mylethynczy, viceprothonotarii contra eos emenda capitis condemnati, neminem in causam attrahere possunt, Lucas Zekel autem absolvitur, Catherina Imrehffy, uxor Lucae Zekel litteralia documenta non exhibere sed tantum paribus expensis in hac causa exponentibus assistere debeat. Orig. [Juričan]

**977. Zagrabiae, 1. V. 1555. (D – XXI – 145)**

Nicolaus comes de Zrinio banus in causa Catharinae Imreffy de Zerdahel, uxoris Lucae Zekel de Kewend liberi domini de Ormosd, contra Petrum Keglwyeh de Bwsyn, reo edit par litterarum capituli Zagrabiensis 16. VIII. 1550. datarum, quibus bano respondet Petrum de damnis in communi possessione Werbancz et Gorycza (comitatus Warasdiniensis) illatis ab actrice accusatum, 12. VIII. 1550. ammonitum et in ius banale ad 26. VIII. 1550. evocatum esse. Orig. [Juričan]

**978. Zagrabiae, 1. V. 1555. (D – XXXIII – 23)**

Capitulum Zagrabiense litteris Ferdinandi regis Viennae 21. XI. 1554. datis iussum, Nicolao comiti de Zrinio bano rescribit Petrum Keglwyeh de Bwsyn, a Mathia Zalathnoky de Kobylch de 140 florenis ei ab illo debitis accusatum, 17. I. 1555. ammonitum et in ius banale evocatum esse, ut ex litteris capituli de 22. I. 1555. colligitur. Banus Nicolaus comes de Zrinio reo par litterarum edit. Orig. [Juričan]

**979. Warasdini, 1. V. 1555. (D – XXXIII – 24)**

Nicolaus comes de Zrynio banus Annae Bradach de Ladomercz, viduae Ioannis Horwath de Krysthych, tunc uxori Petri Castellanffy de Zenthlelek, ab Ioanne Bradach accusatae, quod cum priore suo marito possessionem Byzthrycze (comitatus Zagrabiensis) vi occupasset et domum et curiam disiecisset eiusque roboribus ad exstruendum fortalitium usa esset, edit par litterarum capituli Zagrabiensis 21. IV. 1555. ad banum datarum, quibus ei nuntiatur ream, ut banus litteris Warasdini 10. IV. eodem anno iusserat, 16. IV. in ius vocatum esse. Orig. [Mayer]

**980. Zagrabiae, 3. V. 1555. (D – XXXII – 136)**

In causa capituli Zagrabiensis, quod Petrum Keglwyeh de Bwsyn eiusque filium Franciscum, abbatem ecclesiae Beate Mariae Verginis in Thopozka de violenta usurpatione partis silvae Golynzky loogh in territorio castris exponentis Inferioris Gredech accusavit, quod rei negant, sententia iudiciali utraque pars assertiones suas iuramento coram capitulo Chasmensi 3. XI. 1550. confirmare debuit, sed rei id facere ommiserunt, ut e litteris capituli Chasmensis colligitur, Nicolaus comes de Zrynio banus par harum litterarum reis edit. Orig. [Juričan]

**981. Zagrabiae, 3. V. 1555. (D – XXXIII – 25)**

Nicolaus comes de Zrinio banus par litterarum edit Petro Keglwyeh de Bwsyn, quem Stephanus Krwpcych, civis Kaproncensis de violenta ereptione 12 petiarum varii panni, qui 125 florenorum est, metu Turcarum in domo theloniatoris in possessione Dombro, comitatus Zaladiensis reconditi, accusavit, et qui iuramentum iuxta sententiam bani deponere omisit, quod capitulum Zagrabiense litteris suis de 15. XI. 1553. bano nuntiat. Orig. [Juričan]

**982. Zagrabiae, 7. V. 1555. (D – XXXIII – 26)**

Banus Nicolaus comes de Zrynio Dorotheae uxori Gasparis Orehowczy, filiae quondam Christopheri Megerychey et Potentianae, filiae Elizabeth, filiae Petri de Bochko, transsumit et edit par litterarum Ladislai (!) regis Bachiae 30. XI. 1495. datarum, quibus rex possessiones Petri Bochkay de Razyna eiusque filiarum Marthae, Elizabeth et Potentianae in comitatu Crisiensi sitas iure regio addito et omnia litteralia instrumenta de eis confirmat. Orig. [Mayer]

**983. Zagrabiae, 8. V. 1555. vide Zagrabiae, 27. V. 1555. (D – XXXIII – 33)**

**984. Zagrabiae, 10. V. 1555. (D – XXXIII – 27)**

Capitulum Chasmense litteris Nicolai comitis de Zrynio bani Warasдини 2. IV. 1555. datis iussum, testatur Franciscum Keglewych de Bwsyn, abbatum ecclesiae Beate Mariae Virginis de Thopozka et complices eius, qui a capitulo Zagrabieni accusati sunt, quod colonos abbatae, metu quodam ad bona capituli Zagrabienis in Gradacz profugos vexaverunt, aliquos etiam necaverunt, 9. IV. 1555. ammonitos et in ius banale evocatos esse, ut ex litteris capituli Chasmensis de 7. IV. 1555. colligitur. Par litterarum reis editur. Orig. [Juričan]

**985. Zagrabiae, 10. V. 1555. vide Zagrabiae, 20. V. 1557. (D – XXXIII – 90)**

**986. Zagrabiae, 14. V. 1555. vide Zagrabiae, 27. V. 1555. (D – XXXIII – 33)**

**987. Zagrabiae, 14. V. 1555. (D – XXXI – 146)**

Nicolaus comes de Zrynio banus in causa Annam, Petri Kastellanffy de Zenthlelek uxorem, Emerici Bradach de Ladomercz filiam, ut actricem atque Elenam Pewkry, viduam necnon Stephanum ac Nicolaum, filios eiusdem Emerici ut in causam attractos, ad horum rogatum edit paria litterarum capituli Zagrabienis de 20. IX. 1550., quibus idem litteris eiusdem bani Zagrabiae 21. VIII. 1550. datis iussum praefatos reos admonuit, ut portionem de omnibus pertinentiis castri Ozthercz actrici ad sustentationem attributam, sed nondum traditam permittent, alias ut ipsi termino certo coram bano comparerent rationem praemissarum reddituri. Orig. [Šavor]

**988. Zagrabiae, 14. V. 1555. (Frg – CIIL – 20)**

Postquam causa, quam Petrus, Christophorus, Ladislaus Kastellanfi contra Michaellem et Ladislaum Kerecheny moverunt, sententia bani Petri Keglewych, a curia regia approbata, qua actores pena calumniae affecti sunt, finivit, partes inter se pacem componunt. Ultima pars originali. [nepotpisan]

**989. Zagrabiae, 15. V. 1555. (D – XXXI – 147)**

Banus Nicolaus comes de Zrynio Petro Keglewych de Bwsyn, a Luca Zekel de Kewend de vi accusato, edit par litterarum capituli Zagrabienis 17. VIII. 1550. datarum, quae in hoc volumine sub numero 107 asseruantur. Orig. [Mayer]

**990. Zagrabiae, 15. V. 1555. (D – XXXIII – 28)**

Nicolaus comes de Zrynio banus in causa inter Nicolaum, Emerici Bradach de Ladomercz filium, ut actorem eiusque matrem Elenam Pewkry, ut ream, ad huius rogatum edit paria litterarum capituli Zagrabienis de 21. IV. 1555., quibus idem litteris eiusdem bani Warasдини 11. IV. 1555. datis iussum praefatam Elenam de rebus ac bonis mobilibus aureis et argenteis paternis et avitis divisione Emerico Bradach mortuo facta, apud se retentis neque actori prae-

ter unum anulum aureum duosque scopos argenteos tradidit accusatam in ius banale 16. IV. 1555. vocavit. Orig. [Šavor]

**991. Zagrabiae, 15. V. 1555. (D – XXXIII – 29)**

Capitulum Zagradiense litteris Nicolai comitis de Zrinio bani Zagrabiae 9. II. 1555. datis iussum, ad rogatum Andreae de Bathor, iudicis curiae regiae ac Andreae Henning Thepphenbach de Zomzedwara, qui Christophorum Beroiewych de Felsew Sthobycza accusaverunt, quod bonum Dobowecz seu Dobowczecz pignori obligatum sibi redimere volentibus reddere nollet, 30. II. 1555. reum ammonuit et in ius banale evocavit, ut ex litteris capituli Zagradiensis de 5. III. 1555. colligitur. Petrus Erdewdy de Monyorokerek banus par litterarum reo edit.<sup>1</sup> Orig. [Juričan]

**992. Zagrabiae, 16. V. 1555. (D – XXXI – 148)**

Nicolaus comes de Zrinio, banus, in causa inter Annam, Petri Kastellanffy de Zenthlelek uxorem, Emerici Bradach de Ladomercz filiam, ut actricem ac Stephanum et Nicolaum, eiusdem Emerici filios ut in causam attractos, ad rogatum horum edit paria litterarum capituli Zagradiensis de 20. IX. 1550. quibus idem litteris eiusdem bani Zagrabiae 21. VIII. 1550. datis iussum praefatos accusatos 15. IX. adhortatus est, ut ipsi de bonis dicti Emerici, quae ex iis ius femineum spectant, portiones congruentes simulcum paribus litterarum, de illis vero, quae masculinum modo ius concernunt, quartam puellarem partem dictae actrici traderent, alias ut coram bano termino certo comparerent rationem praemissorum reddituri. Orig. [Šavor]

**993. Sine loco, post 20. V. 1555. (Frg – CIIL – 21)**

Petrus Erdewdy banus litteras suas capitulo Zagradiensi 20. V. 1555. directas, quibus ipse capitulo praecepit, ut in causa condescensa Georgii Polychanyn de Polyche contra Stephanum Bradach de castello Osthercz mota reum in ius evocaret, transmittit. [nepotpisan]

**994. Zagrabiae, 23. V. 1555. (D – XXXIII – 30)**

Nicolaus comes de Zrynio banus in causa inter cives civitatis Kaproncza ut actores atque Petrum Keglewych de Bwsyn, qui duarum ecclesiarum in eadem civitate 1554. funditus dirutarum atque trium campanarum ablatarum eoque plus 3 000 florenos damni illati accusatus est, quae facinora reus a se commissa esse negat, sententiam fert, qua idem innocentiam suam iure iurando in castro suo Kozthel coram emissario capituli Zagradiensis dato saucire debeat. Orig. [Šavor]

**995. Zagrabiae, 24. V. 1555. (D – XXXII – 137)**

Cum Stephanus, Nicolaus et Ioannes Bradach de Ladomercz post mortem Gregorii Bradach eius bona tamquam hereditaria ab eius secunda uxore Anna Pethew de Gerse repetiverint, quod Gregorius ex ea nullam, e prima uxore tantum puellam Annyczam filiam habuerit, ei petitioni vidua se opposuit, quod Annycza a suo marito sibi testamento commissa esset et dos sua non minor bonis esset. Propterea banus Nicolaus comes de Zrinio capitulo Zagradiensi praecipit, ut 29. VI. ea bona aestimet. Orig. [Mayer]

**996. Zagrabiae, 24. V. 1555. (D – XXXII – 138)**

Banus Nicolaus comes de Zrinio capitulo Zagradiensi praecipit, ut sententiam suam contra Petrum Keglewych de Bwsyn a Stephano Krwpchych, cive Kapronczensi, accusatum, quod

<sup>1</sup> Olovkom dopisano: 1557!

pannos et telam petitoris 125 florenorum constantes, apud theloniatorem quendam metu Turcarum repositos vi abstulerat, multa 25 marcarum gravis ponderis 100 florenos facientium et refusione damni condemnatum, quod iureiurando se purgare voluerat, ut e litteris capituli Zagrabienensis 15. XI. 1543. apparet, more solito exequatur. Orig. [Mayer]

**997. Zagrabiae, 25. V. 1555. vide Zagrabiae, 15. V. 1557. (D – XXXIII – 83)**

**998. Zagrabiae, 27. V. 1555. (D – XXXI – 149)**

Nicolaus comes de Zrinio banus in causa Catherinae Imreffy de Zerdahel, uxoris Lucae Zekel, liberi domini in Ormosd, quae Petrum Keglewych, quod Georgium Paklyak, colonum exponentis in possessione Sthepkowcz (comitatus Warasdiniensis) ex neoerecta curia et sessione expulerat et suum colonum Valentinum Duchar illic collocauerat, accusauit, diudicat, ut actrix assertiones suas iuramento firmare debeat. Orig. [Juričan]

**999. Zagrabiae, 27. V. 1555. (D – XXXIII – 31)**

Cum Nicolaus comes de Zrynio banus in causa Petri Keglewych de Bwsyn a Ladislao Kerecheny de Kanyafeulde accusati, quod actori et 20 equitibus eius lucrum 300 florenorum ex redemptione captorum 4 Turcarum et 7 equorum non dedit, sententiam tulerit, qua reus 300 florenis pro actore et 50 marcis pro iudicibus et actore persolvere condemnatus est, reus sententia non contentus ad Andream de Bathor, iudicem curiae regiae, appellat. Orig. [Juričan]

**1000. Zagrabiae, 27. V. 1555. (D – XXXIII – 32)**

In causa Catharinae Imreffy de Zerdahel, uxoris Lucae Zekel, quae Petrum Keglewych de Bwsyn usurpationis particulae terrae in Sthepkowcz (comitatus Warasdiniensis) reum fecit, banus Nicolaus comes de Zrinio sententiam fert, ut actrix assertiones suas iureiurando 1. X. 1555. confirmet. Orig. [Mayer]

**1001. Zagrabiae, 27. V. 1555. (D – XXXIII – 33)**

Banus Nicolaus comes de Zrinio Annae Bradach de Ladomercz, viduae Ioannis Horwath de Krysthych, tunc uxori Petri Castellany de Zenthlelek, ab Anna Pethew, vidua Gregorii Bradach de Ladomercz, tutrice filiae Annyczae, in ius vocatae, ut duplam multam secundum compositionem persolveret, edit par litterarum capituli Zagrabienensis ad eundem banum 14. V. 1555. datarum, quibus capitulum, a bano litteris Zagrabiae 8. V. 1555. iussum, Annae Pethew actrici edit par litterarum eiusdem bani ad idem capitulum 7. IV. 1555. datarum et ab ea deperditarum, quibus bano nuntiatur, ad eius iussum Varasdini 26. III. datum, ream 2. IV. in ius vocatam esse. Orig. [Mayer]

**1002. Zagrabiae, 28. V. 1555. (D – XXXI – 150)**

Banus Nicolaus comes de Zrinio in causa Catherinae Imreffy de Zerdahel, uxoris Lucae Zekel de Kewend, liberi domini in Ormosd, contra Petrum Keglewych de Bwsyn huic edit par litterarum capituli Zagrabienensis 17. VIII. 1550. datarum, quibus bano nuntiatur Petrum Keglewych, sicut banus litteris in Ormosd 8. VIII. 1550. praeceperat, in ius vocatum esse, quod terras et fenilia actricis inundavit et usurpavit. Orig. [Mayer]

**1003. Zagrabiae, 28. V. 1555. (D – XXXI – 151)**

Nicolaus comes de Zrinio banus in causa inter Catherinam Imreffy, Lucae Zekel, liberi domini in Ormosd, uxorem ut actricem ac Petrum Keglewych de Bwsyn eiusque filios Mathiam ac Georgium ut in causam attractos, ad horum rogatum, edit par litterarum capituli Zagrabien-

sis de 17. VIII. 1550., quibus idem litteris eiusdem bani in Ormosd 8. VIII. 1550. datis iussum memoratum Petrum eiusque filios 12. 8. 1550. admonuit, ut termino certo coram bano comparerent rationem maleficii in quadam Ursula, actricis colona, in possessione eius Pethrwssowcz commissi reddituri. Orig. [Šavor]

**1004. Zagrabiae, 28. V. 1555. (D – XXXIII – 34)**

In causa Annae Wynnychnay, filiae olim Nicolai et Margarethae Kopynczy, eiusque tutorum, matris scilicet eiusque secundi viri Martini Bwsanych de Rathkowcz qui Petrum Kastellanffy de Zenthlelek, Marcum Bosnyak et Ioannem Kozyak de Wyzoka eiusque filios Martinum et Gasparem accusaverunt, 1) quod canes leporarii Petri Kastellanffy canem Georgii Praschecz, coloni Annae exponentis in possessione Chreth lacerassent et Petrus colonum ipsum aggressus verberasset; 2) quod Marcus Bosnyak et Ioannes, Martinus et Gaspar Kozyak colonis Annae exponentis in possessione Wynychno 5 boves, 1 vaccam, 4 porcos saginatos et 40 cubulos vini eripuissent, piscinam reseccassent et pisces cepissent et sic damna 50 florenorum exponenti intulissent; capitulum Zagrabense litteris Nicolai comitis de Zrinio bani Warasdini 8. IV. 1555. datis iussum, reos 12. IV. 1555. ammonuit et in ius banale evocavit, ut ex litteris capituli de 17. IV. 1555. colligitur. Nicolaus de Zrinio banus reis per litterarum edit. Orig. [Juričan]

**1005. Zagrabiae, 29. V. 1555. (D – XXXI – 152)**

Nicolaus comes de Zrinio banus in causa inter Lucam Zekel de Kewend liberum dominum in Ormosd ut actorem ac Petrum Keglwyh de Bwsyn ut reum coram bano mota, ad huius rogatum, edit par litterarum capituli Zagrabensis de 17. VIII. 1550., quibus idem litteris eiusdem bani in Ormosd 8. VIII. 1550. datis iussum praefatum Petrum admonuit, ut termino certo coram bano compareret rationem latrocinii in Mathia Ormosdy, tricesimatore Krapynensi a quadam colono in monte Thersky Werh commissi redditurus commissoremque sceleris ibi statueret. Orig. [Šavor]

**1006. Zagrabiae, 29. V. 1555. (D – XXXI – 153)**

Nicolaus comes de Zrinio, banus, in causa inter Catherinam Imreffy, Lucae Zekel de Kewend, liberi domini in Ormosd, uxorem ut actricem atque Petrum Keglwyh de Bwsyn eiusque filios Mathiam, Petrum et Simonem ut reos ad horum rogatum, edit paria litterarum capituli Zagrabensis de 16. VIII. 1550., quibus idem litteris eiusdem bani in Ormosd 8. VIII. 1550. datis iussum memoratum Petrum eiusque filios admonuit, ut coram bano comparerent rationem maleficii in quadam actricis colona in possessione eius Wrankowczy commissi ac arcis manualis rapti reddituri. Orig. [Šavor]

**1007. Zagrabiae, 29. V. 1555. (D – XXXIII – 35)**

Nicolaus comes de Zrynio banus ad relationem Laurentii litterati Palffy de Kapolna, Francisci Imprych de Jamnicza et Matthiae Degecz, canonici Chasmensis, coram quibus iuxta contentiam litterarum bani compositionaliu de 15. V. in causa inter capitulum Zagrabense ut actorem et Franciscum Keglwyh de Bwsyn, abbatem de Topuszka, ut in causam attractum, de rectificendis ac restituendis metis quarundam silvarum terarumque arabilium in possessionibus castrorum utriusque Gradecz et castelli Zokol (comitatus Zagrabensis), quae a dicto Francisco eiusque patre Petro, gubernatore abbatiae Topuszka occupatae sunt, mota, a bano missis, inquisitione in facie praescriptarum castrorum cum commetaneis facta, idem Franciscus capitulo easdem restituit, litteras testimoniales de hec restitutione capitulo edit. Copia. [Šavor]

**1008. In Saarwar, 29. V. 1555. (D – XXXIII – 36)**

Georgius Pernezych de Marthynych terras suas in Marthynych (comitatus Crisiensis), quae a Turcis devastatae sunt Christinae Lazynger viduae Ioannis de Koronthal, Magdalenae eiusque filiae ac Ioanni Pechy, huius viro, "beneplacito suo durante", coram Thoma de Nadasd, palatino et locumtenente regio cedit. Orig. [Juričan]

**1009. Zagrabiae, 30. V. 1555. (D – XXXI – 154)**

Nicolaus comes de Zrinio banus in causa inter Annam, Petri Kastellanffy de Zenthlelek uxorem, ut actricem atque Elenam viduam necnon Stephanum et Nicolaum quondam Emerici Bradach de Ladomercz filios, ut reos, ad rogatum actricis edit par litterarum capituli Zagrabienensis de 20. IX. 1550., quibus idem litteris eiusdem bani Zagrabiae 20. IX. 1550. datis iussum memoratos reos in curia eorum sub castro Ozthercz sita 15. IX. 1550. admonuit, ut coram bano termino certo comparerent rationem damni actrici una lorica, veste ac equa Turcico, valore 305 florenis, itemque quibusdam aliis rebus e castello Bachyna, valore 137 florenorum ablatis neque expensis illati reddituri. Orig. [Šavor]

**1010. Zagrabiae, 30. V. 1555. (D – XXXIII – 37)**

In causa Gasparis de Pernya, qui Franciscum Keglwych de Bwsyn, abbatem de Topozka, et Nicolaum Kerlewachky de usurpatione terrarum in Lazyne, comitatus Zagrabienensis, capitulum Zagrabienense, iussu Nicolai comitis de Zrinio bani ei rescribit se 10. I. 1554. in facie loci 43 testes audivisse, qui omnes terras litigiosas actoris esse dixerunt, ut ex litteris capituli de 15. I. 1554. colligitur. Nicolaus comes de Zrinio banus par litterarum reis edit. Orig. [Juričan]

**1011. Zagrabiae, 30. V. 1555. vide Zagrabiae, 15. V. 1557. (D – XXXIII – 84)**

**1012. Zagrabiae, 31. V. 1555. (D – XXXIII – 38)**

Nicolaus comes de Zrinio banus capitulo Zagrabienensi praecipit, ut in causa Catharinae Imreffy de Zerdahel, uxoris Lucae Zekel de Kewend, quae Georgium et Mathiam Keglwych de Bwsyn de vi Ursulae, matri Lucae Klemenych, iobagionis in possessione exponentis in Petrussowcz, comitatus Warasdiniensis, illata accusavit, postquam Georgio Keglwych mortuo causa in Petrum, patrem, et Mathiam, fratrem, condescensa est, ab actrice iuramentum 1. X. 1555. accipiat et sibi nuntiet. Orig. [Juričan]

**1013. Zagrabiae, 31. V. 1555. (D – XXXIII – 39)**

Nicolaus comes de Zrinio banus in causa inter Catherinam Imreffy de Zerdahel, Lucae Zekel de Kewend uxorem, ut actricem atque Petrum Keglwych de Bwsyn eiusque filium Mathiam, in quos Georgio, filio respective fratre mortuo praesens causa est condescensa, qui de vi Ursulae matri cuiusdam actricis iobagionis in possessione Pethrwssowcz (comitatus Warasdiniensis) 1549. illata accusati sunt, quod facinus iidem rei a se commissum esse negabant, committit, ut actrix accusationem suam veram iureiurando Zagrabiae 1. X. 1555. coram capitulo dato sauciat. Orig. [Šavor]

**1014. Zagrabiae, Maii 1555. (D – XXXII – 139)**

Cum Petrus Keglwych de Bwsyn eiusque filii, qui asserunt Petrum una cum Michaele Imrehffy de Zerdahel castra et bona Kozthel et Krapyna a Georgio marchione Brandenburgeni emisse, litteralia documenta horum bonorum a Michaele Lucae Zekel de Kewend tradita esse, introductioni Iacobi Zekel in dominium dimidiae partis ei a rege donatae contradixissent, et cum capitulum Zagrabienense litteris Ferdinandi regis Posonii 10. III. 1553. datis

iussum ad rogatum Petri Keglwyeh eiusque filiorum Lucam Zekel eiusque uxorem Catherinam Imrehffy in iudicium banale ad 8. X. 1553. evocasset, ut omnia litteralia documenta de dictis bonis exhibeant et una cum exponentibus in hac causa paribus expensis assistant Nicolaus comes de Zrynio banus sententiam fert, qua querela reicitur, quod exponentes Petrus Keglwyeh eiusque filius Franciscus sententia banali in causa Michaelis Mylethynczy, viceprothonotarii contra eos emenda capitis condemnati, neminem in causam attrahere possunt, Lucas Zekel autem absolvitur, Catherina Imrehffy, uxor Lucae Zekel litteralia documenta non exhibere sed tantum paribus expensis in hac causa exponentibus assistere debeat. Orig. [Juričan]

**1015. Warasdini, 9. VI. 1555. (D – XXXIII – 40)**

Litterae Pauli de Rathka, comitatus Warasdiniensis vicecomitis, ad relationem Petri de Semowcz Francisco Gregwroczy datae, quibus ius iurandum a Ioanne Gregwroczy arbitrio iudicii comitatus Warasdiniensis 20. IV. 1555. in suburbio civitatis Warasdiniensis de quadam silva Rebercza in pertinenciis possessionis Iwryewcz sita et ab eodem Ioanne praeter legem 4. VI. 1550. occupata dandum praefixo termino datum non esse testatur. Orig. [Šavor]

**1016. Warasdini, 13. VI. 1555. (D – XXXIII – 41)**

Ex inquisitione, quam Joannes de Pwhakowcz, iudex, a Paulo de Rathka, comitatus Warasdiniensis vicecomite, ad Francisci Gregwroczy petitionem destinatus 6. VI. 1555. fecit vim colonis petitoris a colonis Ioannis Gregwroczy in territorio possessionum Erpenye, Subtalvor ac Chazarwara illatam litterasque possessionarias possessiones Gregwrowcz, Erpenye, Jalsel, Krisandol, Beleczy, Thoplycza et Oskowcz tangentes, quas ipse petitor pro se habere vellet, apud manus dicti Ioannis esse constat, quare eundem in ius Warasdini evocatum esse rationem praemissorum redditurum. Orig. [Šavor]

**1017. Zagrabiae, 17. VI. 1555. vide Zagrabiae, 10. V. 1557. (D – XXXIII – 76)**

**1018. Zagrabiae, 17. VI. 1555. vide Zagrabiae, 15. V. 1557. (D – XXXIII – 84)**

**1019. Zagrabiae, 17. VI. 1555. (D – XXXIII – 42)**

Capitulum Zagradiense bano Nicolao comiti de Zrynio refert, cum sententiam bani contra Petrum Keglwyeh de Bwsyn eiusque filios de vi ab Stephano Krwpchych, cive Karponczae, accusatos, 24. V. 1555. latam in possessionibus Petri Ladyzlawcz et Othynkowcz exequi voluerit, ei executioni nomine convictorum Georgium Krapynecz de Krapyna se opposuisse, quare eos in ius vocatos esse. Orig. [Mayer]

**1020. Warasdini, 21. VI. 1555. (D – XXXIII – 43)**

Litterae Pauli de Rathka, comitatus Warasdiniensis vicecomitis, de quadam unione inter Franciscum de Pwhakowcz et Ioannem Pwhakoczy de Pwhakowcz facta confectae, quibus Ioannes in recompensam rerum mobilium, quas Francisci patre mortuo recepit, eidem Francisco, 4 florenos et 2 coros tritici necnon 1 corum milii persolvere, idemque autem Franciscus Ioannem eiusque heredes praemissis rebus absolutos reddere debeat. Orig. [Šavor]

**1021. Warasdini, 25. VI. 1555. (D – XXXIII – 44)**

Catharina Imreffy, uxor Lucae Zekel de Kewend, quae Petrum Keglwyeh de Bwsyn eiusque filium Mathiam et Marcum Zlawkoych, castellanum castris Kozthel de vi accusavit, et iuxta sententiam iudicis comitatus Warasdiniensis assertiones suas iuramento confirmare debuisset, ea sententia non contenta, quod procurator omnia argumenta sua in iudicio non dixisset, a Nicolao comite de Zrynio bano novum iudicium obtinet. Orig. [Juričan]

**1022. Warasdini, 10. VII. 1555. (D – XXXIII – 45)**

Paulus de Rathka vicecomes et iudices nobilium comitatus Warasdiniensis testantur cum Janko Dwdych de Orehovycza a Francisco Greguroczy de quodam fenili accusatus, iuxta sententiam iudicis comitatus Warasdiniensis iuramentum “tertio se similibus sibi nobilibus personis” 5. VII. 1555. deponere voluerit, Franciscum Bekoych, procuratorem exponentis protestatum esse, quod Michael Golwbych, coniurator Jankonis ignobilis esset. “Nam iuxta contenta decretorum Regni ignobilis contra nobilem in detrimentum nobilis iurare non poset”, et par litterarum exponenti edunt. Orig. [Juričan]

**1023. Posonii, 12. VII. 1555. (D – XXXIII – 46)**

Thomas de Nadasd palatinus et locumtenens regius Mathiae Zabermino, episcopo Waradiensi et superiorum partium Hungarie capitaneo, praecipit, ut Christophorum Kastellanffy de Zenthlelek in dominium bonorum Kupa et Dombeghaz (comitatus Chanadiensis) e rege ei collatorum, quae bona Simon Forgach nomine Christophori possedit, introducat. Orig. [Juričan]

**1024. Posonii, 14. VII. 1555. vide Posonii, 16. VII. 1555. (D – XXXIII – 47)**

**1025. Zagrabiae, 14. VII. 1555. vide Zagrabiae, 10. V. 1557. (D – XXXIII – 75)**

**1026. Posonii, 16. VII. 1555. (D – XXXIII – 47)**

Ferdinandus rex capitulo Zagrabiansi severe praecipit, ut copiam litterarum inhibitionum a Nicolao comite de Zrinio bano et eius servitore Georgio Horwath aliter Bogdanych, qui litem de castro Wranograch et bonis familiae Krysthych contra Petrum Keglewych de Bwsyn eiusque filios Franciscum et Mathiam intenderunt, impetratarum reis edant, quod adhuc facere omiserunt. Orig. [Mayer]

**1027. Posonii, 31. VII. 1555. vide Zagrabiae, 21. VIII. 1555. (D – XXXIII – 49)**

**1028. Zagrabiae, 8. VIII. 1555. (D – XXXIII – 48)**

Capitulum Zagrabianse litteris Nicolai comitis de Zrynio bani Posonii 14. VII. 1555. datis iussum, Lucam Zekel de Kewend eiusque uxorem Catharinam Imreffy, qui ab Elisabeth, uxore Ioannis Alapy de Nagh Kemlek, sorore Catharinae, acusati, quod actricem ex dominio dimidia partis bonorum Kozthel et Krapyna excluserunt, 3. VIII. 1555. ammonuit et in ius banale evocavit. Orig. [Juričan]

**1029. Zagrabiae, 8. VIII. 1555. vide Zagrabiae, 10. V. 1557. (D – XXXIII – 75)**

**1030. Zagrabiae, 21. VIII. 1555. (D – XXXIII – 49)**

Capitulum Zagrabianse bano Nicolao comiti de Zrynio nuntiat Lucam Zekel eiusque uxorem Catherinam Imreffy, quae a Petro Keglewych de Bwsyn accusata est, quod ne paria quidem litterarum possessiones Krapyna et Kozthel, quas actor una cum Catherinae patre Michaele Imreffy a Georgio marchione Brandenburgensi emerat, concernentium tradere voluit, 16. VIII. 1555., ut Ferdinandus rex litteris Posonii 31. VII. 1555. datis iusserat, in ius ante banum vocatos esse, ut illas litteras sive earum paria traderent et partem sumptuum actori persolverent. Orig. [Mayer]

**1031. Warsadini, 22. IX. 1555. vide Zagrabiae, 2. X. 1555. (D – XXXIII – 51)**

**1032. Zenth-Keresth, 1. X. 1555. vide Zagrabiae, 17. V. 1557. (D – XXXIII – 87)**

**1033. Warasdini, 1. X. 1555. (D – XXXIII – 50)**

Paulus de Rathka vicecomes ad iudices nobilium comitatus Warasдиниensis testantur ex inquisitione ad rogatum Petri et Mathiae Keglewych de Bwsyn, qui Ioannem Forchych de Zotezka accusaverunt, quod Mattheum Benchek, fugitivum iobagionem exponentium una cum familia et rebus mobilibus contra iura in suis possessionibus collocasset, 26. IX. 1555. facta, apparere querelam veram esse et reum, ut iobagionem redderet, ammonitum esse. Orig. [Juričan]

**1034. In Slun, 1. X. 1555. (D – CXCVII – 180)**

Ioannes Lenkovitsch, confinium Croatiae et Sclavoniae supremus capitaneus, Georgium de Veyldensain certiore facit Malkoschbegum arces Vunitsch et Novigrad in Vanna occupasse, deinde erga Ottoschatz, progressum esse seque cum 5 000 militibus ei frustra opposuisse, praeterea se ab exploratoribus cognovisse eundem begum per Zagrabiam totam Croatiam aggredi et depopulari velle, denique eum rogat, ut 500 milites otiosi Warasdini morantes ad defensionem convertantur, ut tam a rege quam a Styriae dominis necessarium subsidium impetret. Germanice conscriptum. [Gorski]

**1035. Zagrabiae, 2. X. 1555. (D – XXXIII – 51)**

Nicolaus comes de Zrynio banus in causa inter Catharinam Imreffy de Zerdahel, Lucae Zekel de Kewend uxorem, ut actricem atque Petrum Keglewych de Bwsyn eiusque filios Matthiam et Petrum, qui piscium in aqua Chernelcz in pertinentiis castri Krapyna sita retibus captarum eoque plus 60 florenorum damni actrici illati accusati sunt, litteris Warasdini 22. IX. 1555. datis capitulo Zagrabiensi praecipit, ut reos in ius coram bano vocet rationem praemissi facinoris reddituros, de qua admonitione 27. IX. 1555. facta capitulum eundem banum certiore facit. Orig. [Šavor]

**1036. Zagrabiae, 3. X. 1555. vide Zagrabiae, 11. V. 1557. (D – XXXIII – 77)**

**1037. Zagrabiae, 3. X. 1555. vide Zagrabiae, 12. V. 1557. (D – XXXIII – 80)**

**1038. Zagrabiae, 3. X. 1555. (D – XXXIII – 52)**

Capitulum Zagrabiense testatur Catherinam Imreffy de Zerdahel, uxorem Lucae Kewend, iuxta sententiam bani Nicolai comitis de Zrynio 31. V. 1555. latam, 1. X. eodem anno iuramento confirmasse Ursulam matrem Lucae Kelemynych, iobagionis sui, a Mathia et quondam Georgio, filiis Petri Keglewych de Bwsyn, de huius mandato, cum iobagionem ipsum capere non potuissent, dire verberatam et semivivam relictam esse. Orig. [Mayer]

**1039. Zagrabiae, 3. X. 1555. (D – XXXIII – 53)**

Capitulum Zagrabiense litteris Nicolai comitis de Zrynio bani iussum, testatur, in causa Catharinae Imreffy de Zerdahel, uxoris Lucae Zekel de Kewend, quae Petrum Keglewych de Bwsyn, Marcum Zlawkowych et ceteros complices de vi Nicolao Golecz in possessione actricis Pwrgarya, pertinentiis castri Kozthel, illata, accusavit, actricem iuxta sententiam bani, ut assertiones suas confirmaret 1. X. 1555. iuramentum deposuisse. Orig. [Juričan]

**1040. Zagrabiae, 3. X. 1555. (D – XXXIII – 54)**

Capitulum Zagrabiense litteris Nicolai comitis de Zrynio bani iussum testatur in causa Catharinae Imreffy de Zerdahel, uxoris Lucae Zekel da Kewend, quae Petrum Keglewych de Bwsyn tam de collocatione cuiusdam coloni in possessione actricis in Radoboya, quam de usurpatione 4 iugerum terrae accusavit, actricem iuxta sententiam bani, ut assertiones suas confirmaret, 1. X. 1555. iuramentum deposuisse. Orig. [Juričan]

**1041. Zagrabiae, 3. X. 1555. (D – XXXIII – 55)**

Capitulum Zagradiense in causa inter Catharinam Imreffy de Zerdahel, Lucae Zekel de Kewend uxorem utatricem atque Petrum Keglwych de Bwsyn ut reum ius iurandum de quadam curia sessionali in portione actricis a reo extracta necnon de quibusdam terris arabilibus ad sessionem rei in possessione Stepkowcz (comitatus Warasdiniensis) circa 13. VII. 1535. vi occupatis Zagrabiae 1. X. 1555. ab actrice datum esse testatur. Orig. [Šavor]

**1042. Zagrabiae, 3. X. 1555. (D – XXXIII – 56)**

Capitulum Zagradiense in causa inter Catherinam Imreffy de Zerdahel, Lucae Zekel de Kewend uxorem, utatricem atque Petrum Keglwych de Bwsyn eiusque filios Matthiam, Petrum et Simonem, ut reos, ius iurandum de pullis raptis necnon vi cuidam Agatae, iobagionissae actricis in possessione Wrankowczy (comitatus Warasdiniensis) 16. VI. 1549. a dictis reis illata, iuxta continentiam litterarum Nicolai comitis de Zrynio, bani, ab actrice Zagrabiae 1. X. 1555. vere datum esse testatur. Orig. [Šavor]

**1043. Zagrabiae, 4. X. 1555. vide Zagrabiae, 11. V. 1557. (D – XXXIII – 78)**

**1044. Zagrabiae, 4. X. 1555. (D – XXXIII – 57)**

Capitulum Zagradiense, iuxta continentiam litterarum Nicolai comitis de Zrynio bani in causa inter Catharinam Imreffy de Zerdahel, Lucae Zekel de Kewend uxorem, utatricem atque Petrum Keglwych de Bwsyn ut in causam attractum, ius iurandum de vi atque nece a Martino Kopsych, castellano castri Kozthel alliisque quibusdam rei colonis duobus ipsius actricis colonis 29. VI. 1535. in possessione Pwrgarya illata, Zagrabiae 2. X. 1555. ab actrice vere datum esse testatur. Orig. [Šavor]

**1045. In Ogulin, 11. X. 1555. (D – CXCVII – 181)**

Ioannes Lekowitsch, confinii Croatiae partiumque maritimarum supremus praefectus militaris, imperatori refert arcus Wunnitsch ac Novigrad a Malkotsch bego, qui Zagrabiam versus iter facturus sit, Dwbar vero ac Perussich a Sinam pascha de Herzegowina expugnatas esse, quibus se ad Ottochacz opposuisse, simulque ab eodem petit, ut subsidium sibi quam primum mittatur. Germanice conscriptum. [nepotpisan]

**1046. Zagrabiae, 25. X. 1555. vide Zagrabiae, 17. V. 1557. (D – XXXIII – 87)**

**1047. Ormosd, 25. XI. 1555. (D – XXXIII – 58)**

Epistula germanice conscripta, qua Vilze de Dobronigh, balneator ac civis civitatis Ormosd, quendam Thomam Petrovitch qui professionis apud cum discendae finem fecit, ad dictam professionem exercendam promptum declarat. Orig. [Šavor]

**1048. Zagrabiae, 28. XII. 1555. vide Zagrabiae, 18. I. 1556. (D – XXXIII – 1)**

**1049. Sine loco, 1556. (D – XXXIII – 65)**

Litterae Hungarice conscriptae, a Benedicto Pethew de Gerse vicecomite Warasdiensi subscriptae. Orig. [Mayer]

**1050. [Zagrabiae], 1542. – 1556. (Frg – CIIL – 22)**

Capitulum Zagradiense transmit litteras bani Nicolai de Zrynio, quae causam Elenae quondam Simonis Jerdarych, nunc vero Emerici Bradach de Ladomercz uxoris et Annae, uxoris Petri Castellany contra Martinum filium Pauli Busanych de bonis mobilibus et immobilibus motam concernunt. [nepotpisan]

**1051. [Chasmae], 1542.-1556. (Frg – CIIL – 23)**

Capitulum Chasmense litteris bani Nicolai de Zrinyo iussum Petrum Keglewych de Bwsyn, qui a capitulo Zagrabieni de quibusdam violentiis accusatus est in ius vocat. [**nepotpisan**]

**1052. Zagrabiae, 18. I. 1556.<sup>2</sup> (D – XXXIII – 1)**

Litterae capituli Zagrabienis de 36 testibus Nicolai comitis de Zrinyo bani mandatu de 28. XII. 1555. ad rogatum Ioannis Pewkry de Pethrowyna, qui Georgium Polychanyn de Polycze eiusque uxorem Christinam Pewkry occupationis violentaeque detentionis possessionis Zlat-harya, 10. I. 1556. in districtu de Zagorya inquisitis. Orig. [**Šavor**]

**1053. Viennae, 8. III. 1556. (D – XXXII – 140)**

Ferdinandus rex litteras bani Nicolai comitis de Zrinyo in Ormosd 10. X. 1552. datas confirmat, quibus Nicolaus Balsa, filius Matthiae filii Petri filii Wladislawi Balsa, ducis s. Sabae, castrum Kyskemlek et oppidum Reka, quae contra Turcas iam conservare non poterat Ioanni Gezthy de Zenthlewrincz 300 florenis Hungaricalibus et 100 talleris vendidit. Orig. [**Mayer**]

**1054. Viennae, 16. III. 1556. (D – XXXIII – 59)**

Ferdinandus rex Lucae Zekel de Kewend, praefecto et capitaneo regio in Kaproncza, praecipit, ne cives Kapronczenses ligna ex silva castrensi ad focum et aedificia apta devehi, neve a piscatione fossae civitatis cives prohibeat, ut quasdam sessiones civiles ad castrum pertinentes, ab eo occupatas, civibus remittat et census ordinarios diminuatur. Cop. legal. [**Juričan**]

**1055. Warasdini, 29. III. 1556. vide Zagrabiae, 6. V. 1557. (D – XXXIII – 71)**

**1056. Posonii, 31. III. 1556. (D – XXXIII – 60)**

Thomas de Nadasd, palatinus et locumtenens regius, Petro Keglewych de Bwsyn, qui Ladislaum Banfy de Also-Lyndwa, secundum maritum Annae, Petri filiae, reum fecit, quod ornamenta aurea et argentea plus 60 000 florenos valentia, ei a priore marito Gaspere Hampo donata et ab eo in hereditatem accepta, post Annae mortem retinuerat, edit par litterarum ecclesiae Sancti Salvatoris de Kapornwa ad Franciscum de Rewa, locumtenentem palatini, 5. V. 1546. datarum, quibus huic nuntiatur Ladislaum Banfy, ut Franciscus de Rewa litteris Posoni 17. IV. 1546. datis iusserat, in ius vocatum esse. Orig. [**Mayer**]

**1057. Warasdini, 1. IV. 1556. vide Zagrabiae, 6. V. 1557. (D – XXXIII – 72)**

**1058. Warasdini, 1. IV. 1556. vide Zagrabiae, 6. V. 1557. (D – XXXIII – 73)**

**1059. Posonii, 3. IV. 1556. (D – XXXIII – 61)**

In causa Georgii Keglewych de Bwsyn, qui Ladislaum Banffy de Also Lyndwa accusavit, quod sibi res paraphernales, quae 7000 florenorum sunt, sororis suae olim Annae Ladislao nuptae reddere nollet, conventus ecclesiae Sancti Salvatoris de Kapornak litteris Francisci de Rewa, officii palatinalis locumtenentis, Posonii 17. IV. 1546. datis iussum, testatur Ladislaum Banffy 3. V. 1546. ammonitum et in ius palatinale evocatum esse, ut ex litteris conventus de Kapornak de 5. V. 1546. colligitur. Thomas de Nadasd, palatinus et locumtenens regius exponenti par litterarum edit. Orig. [**Juričan**]

---

<sup>2</sup> Dodana bilješka: *In documento e falso 1555.*

**1060. Chasmae, 16. IV. 1556. vide Zagrabiae, 6. V. 1557. (D – XXXIII – 71)**

**1061. Chasmae, 16. IV. 1556. vide Zagrabiae, 6. V. 1557. (D – XXXIII – 72)**

**1062. Zagrabiae, 16. IV. 1556. vide Zagrabiae, 6. V. 1557. (D – XXXIII – 73)**

**1063. Zagrabiae, 19. V. 1556. (D – CXC VII – 1)**

Capitulum Zagrabienne testatur Petrum Erdödy de Moniorokerek possessionem Kovachevecz a castellum Csasarvasar (!) pertinentem cubiculario suo Ioanni Suberay pro debito florenorum Hungaricalium 400 possidendam concessisse. Copia. [Moscatello]

**1064. Warasdini, 6. VI. 1556. vide Chasmae, 1. VII. 1556. (D – XXXIII – 62)**

**1065. Chasmae, 1. VII. 1556. (D – XXXIII – 62)**

Capitulum Chasmense litteris Nicolai comitis de Zrynyo bani, Warasdini 6. VI. 1556. datis iussum, edit litteras testimoniales de introductione Ioannis Gezthy de Zenthlewryncz in dominium possessionis Kyskemlek ac oppidi Reka (comitatus Crisiensis) coram emissariis bani atque capituli nullo contradictore apparente 17. VI. 1556. facta. Orig. [Šavor]

**1066. Posonii, 7. VII. 1556. (D – XXXIII – 63)**

In causa Gasparis de Orehowcz contra Ioannem Olah, civem Warasdiensem coram sede iudiciaria Warasdiensi mota exponens iuramentum a iudice allegatum deponere nequivit, sed ad Thomam de Nadasd, palatinum et locumtenentem regium appellavit, qui iudici novum iudicium in hac causa praecipit. Orig. [Juričan]

**1067. Viennae, 31. VII. 1556. (D – CXC VII – 183)**

Rex Ferdinandus Marco Bosnyak capitaneo, Caspari Fodroczy de Borkowcz, Wolfgango Dwdythy de Orchowycza ob merita eorundem occasione castrum Babolchya a Turca Ally passa Budensi obsessi exhibita curiam nobilitarem desertam in possessione Martyncz (comitatus Warasdiniensis) sitam cum omnibus pertinentiis donat. Orig. [Gorski]

**1068. Viennae, 8. VIII. 1556. (D – XXXIII – 64)**

Iacobus Zekel de Kewend, liber dominus in Ormosd atque capitaneus regius, castellum Nagh Komar (comitatus Simigiensis) necnon possessiones Chekel, Gerezd, Gergethegh, Mochola et Bedegh, ad ecclesiam episcopalem Wesprimiensem pertinentes, ab Andrea de Kewes, episcopo, demptis duabus curiis in oppido Nagh Komar, sibi in arrendam 600 florenis Hungaricalibus certis sub condicionibus datas esse confirmat. Orig. [Šavor]

**1069. Sine loco, 1556. (D – XXXIII – 65)**

Litterae Hungarice conscriptae. A Benedicto Pethew da Gerse vicecomite Varasdiensi subscriptae. Orig. [Mayer]

**1070. Jadrae, 5. I. 1557. – 9. I. 1557. (DV – II – 104)**

Coram notario Daniele Cavalca dominae Marchetta, filia quondam Simonis de Pechiaro, Slava uxor Gregorii Civalelli quondam Thomae ac Gospa uxor Donati fratris Gregorii, filiae quondam Zoyli de Pechiaro, fratris Marchettae, dictum Gregorium suum procuratorem, cum nominatim in lite quam habent Venetiis cum Dario de Pechiaro et litis consortibus de intromissione quondam tum generaliter cum infinita licentia coram quovis auctoritate agendi et alios procuratores loco sui substituendi vel revocandi, constituunt.

Antonius Michael, comes Iaderae, attestatus Daniele Cavalca notarium legalem esse, cuius scripturis plena fides adhibeatur, 9. I. 1557. Latine c., Orig. perg. [Marušić]

**1071. Zagrabiae, 10. I. 1557. (D – CXCVII – 184)**

Rex Maximilianus Mathiam Keglouith, qui pro se et equitibus suis salarium ad sex menses percepit, postea vero a regis patre stipendiam accepturus est, hortatur, ut regi, dum status rerum id postulaverit et regia voluntas fuerit, fideliter serviat. Orig. [Gorski]

**1072. Posenii, 15. II. 1557. (D – XXXIII – 66)**

Ferdinandus rex quandam causam Georgii Kerpych de Grabarya eiusque uxoris Catharinae ac Andreae Therek de Magyerowo eiusque uxoris Barbarae contra Nicolaum comitem de Zrynio, Lucam Zekel de Kewend eiusque uxorem Catharinam Imreffy de Zerdahel sede banali vacante ad curiam regiam prosectam, iterum ad sedem banalem tractandam remittit. Orig. [Juričan]

**1073. Antibari, 24. II. 1557. (DV – II – 105)**

Dominicus Contareno potestas et capitaneus Antibari Vincentio de Bononia licentiam domum proficiscendi concedit, eumque semper probum et fidelem militem fuisse confirmat. Italice conscr. Orig. pap. [Marušić]

**1074. Ratisbonae, 25. II. 1557. (D – XXXIII – 67)**

Ferdinandus rex capitulo Zagrabiansi praecipit, ut Franciscum, Mathiam, Nicolaum, Petrum iuniorem et Simonem Keglwyth de Bwsyn in dominium castri Kozthell et dimidiam partem bonorum ad castra Kozthell et Krapina spectantium titulo novae donationis introducat. Cop. legal. [Juričan]

**1075. Jaztrebarzka, 12. III. 1557. (D – XXXIII – 68)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek banus Ioanni Aythyth de Bwzetha concedit ut in possessione Hrezno (comitatus Zagrabiansis) castellum contra incursiones Turcarum sibi erigat. Orig. [Juričan]

Izdanje: AC 3, dok. 5, str. 12.

**1076. Pragae, 23. III. 1557. (D – XXXIII – 69)**

Ferdinandus rex capitulo Agriensi praecipit, ut Petrum, Christophorum et Ladislaum Kastellanffy in dominium possessionis Edelem et duarum possessionum aliarumque pertinencium in comitatu Borsodiensi, quae Ioannis quondam de Zapolya ac postea Francisci et Georgii Bebek erant, sed iis ob infidelitatem a rege ademptae praefatis Kastellanffy donatae sunt, introducat. Orig. [Šavor]

**1077. Viennae, 29. III. 1557. (D – XXXIII – 70)**

Maximilianus rex Andreae Kerechieny capitaneo regio de se bene merito possessiones Zenthmyklos, Baza, Lowachy in Zaladiensi, et Barkoch in Castri ferrei comitatu, quae propter infidelitatem Ladislai Barkochy, prioris possessoris, qui factioni reginae Isabellae et aliorum rebellium adhaesit, ad regem devoluta sunt, confert. Orig. [Mayer]

**1078. In Santa Cruce, 10. IV. 1557. (D – CXCVII – 185)**

Epistola Matthei Keglwyth de Busyn ad Petrum Kastellanffy de Zenthlelek data, qua inter alia de piscinis in bonis Kosstelensibus sitis nuntiat. Orig. [Koščak]

**1079. Zagrabiae, 6. V. 1557. (D – XXXIII – 71)**

Capitulum Chasmense litteris Nicolai comitis de Zrinio bani, Warasdini 29. III. 1556. datis iussum, Franciscum Keglewych abbatem de Thopozka eiusque servitores a capitulo Zagrabienensi tam de stupro Iagyczae Wochych quam de vi Georgio Wochych et Iwrissae Rosenowych in possessione exponentium Zokol illata accusatos 11. IV. 1556. ammonuit et in ius banale evocavit, sicut ex litteris capituli Chasmensis de 16. IV. 1556. colligitur Petrus Erdewdy de Monyorokerek banus par litterarum reis edit. Orig. [Juričan]

**1080. Zagrabiae, 6. V. 1557. (D –XXXIII – 72)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek banus in causa inter capitulum Zagrabienense ut actorem et Franciscum Keglewych de Bwsyn, abbatem de Thopozka, qui 26 porcorum in silvis Blynzkylog in pertinentiis castelli eiusdem capituli Zokol per vim abactorum eaque 32 florenos damni illati accusatus est ad huius rogatum edit paria litterarum capituli Chasmensis de 16. IV. 1556., quibus idem litteris Nicolai comitis de Zrinio bani, Warasdini 1. IV. 1556. datis iussum memoratum reum admonuit, ut coram bano comparere rationem furti commissi redditurus. Orig. [Šavor]

**1081. Zagrabiae, 6. V. 1557. (D – XXXIII – 73)**

Banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek Francisco Keglewych de Bwsyn, abbati de Thopozka, a capitulo Zagrabienensi ablationis feni et porcorum ex pertinentiis castrorum capituli Inferius Gradecz et Zokol accusato, edit par litterarum capituli Chasmensis Zagrabiae 16. IV. 1556. datarum, quibus bano Nicolao comiti de Zrynio, ut idem banus litteris Warasdini 1. IV. 1556. datis iusserat, nuntiatur reum in ius vocatum esse. Orig. [Mayer]

**1082. Zagrabiae, 8. V. 1557. (D – XXXIII – 74)**

Capitulum Zagrabienense bano Petro Erdewdy de Monyorokerek nuntiat, ad eius iussum Warasdini 28. IV. 1557. datum, Christinam Pewkry, uxorem Georgii Polychanyn de Polycze ammonitam esse, ut partem possessionis Zlathar aliter Legathowcz Dorotea uxori Gasparis Orehowczy, nepti Potentianae Pewkry, spectantem ei traderet, alioquin in ius veniret. Orig. [Mayer]

**1083. In Ujvar, 8. V. 1557. (D – CXC VII – 186)**

Petrus comes Erdödy banus Ioannis Lenkovitsh praecepit, ut ad muram castris Chasmensis refretendum et ad tormenta illuc deducenda, dum Turcae Bosnenses ad invasionem non sint parati, mille pedites cum sclopetis, trecentos armigeros adhibitis etiam tam militibus regis quam peditibus haramiis conferat, praeterea eum certiore facit se de victu comparando cum curibus Zagrabienensibus concordasse. Copia. [Gorski]

**1084. Zagrabiae, 10. V. 1557. (D – XXXIII – 75)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek banus in causa Elizabeth, Ioannis Alapy de Nagy Kemlek uxoris, Wolfgangi autem de Frangepanibus filiae, quae Lucam Zekel de Kewend eiusque uxorem Catherinam Imreffy de Zerdahel, sororem suam uterinam, sui de castro Kozthel ac partibus omnium bonorum ad id castrum necnon ad castrum Krapyna spectantium dimidiis eiciendi accusavit, eidem Lucae edit paria litterarum capituli Zagrabienensis 8. VIII. 1555. quibus idem litteris Nicolai comitis de Zrynio bani, Zagrabiae 14. VII. 1555. datis iussum memoratos reos 3. VIII. 1555. in ius banale violentae usurpationis bonorum rationem reddituros vocavit. Orig. [Šavor]

**1085. Zagrabiae, 10. V. 1557. (D – XXXIII – 76)**

Banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek Francisco filio Petri Keglewych de Bwsyn, in quem causa Stephani Krwpchych, civis Kapronczae, contra Petrum Keglewych post huius mortem condescensa est, edit par litterarum capituli Zagrabiensis ad banum Nicolaum comitem de Zrinio 17. VI. 1555. datarum, quae in hoc volumine sub numero 42 asseruantur. Orig. [Mayer]

**1086. Zagrabiae, 11. V. 1557. (D – XXXIII – 77)**

Banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek Francisco Keglewych de Bwsyn, abbati de Thopwzka, edit par litterarum capituli Zagrabiensis 3. X. 1555. datarum, quibus testatur Catherinam Imreffy de Zerdahel, uxorem Lucae Zekel, 1. X. eodem anno in ecclesiae Beate Mariae Virginis Zagrabiae iuxta sententiam Nicolai de Zrynio bani iurasse, quandam sessionem Catherinae a Petro Keglewych, patre abbatis, vi occupatam esse. Orig. [Mayer]

**1087. Zagrabiae, 11. V. 1557. (D – XXXIII – 78)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek banus in causa inter Catherinam Imreffy de Zerdahel Lucae Zekel de Kewend uxorem, ut actricem atque Franciscum Keglewych de Bwsyn, abbatem de Thopwska, in quem Petro, patre eius, mortuo praesens causa est condescensa, ut reum, ad huius rogatum edit paria litterarum capituli Zagrabiensis de 4. X. 1555., quibus ius iurandum iuxta continentiam litterarum Nicolai comitis de Zrynio bani adiudicatoriarum a praefata actrice de vi et maleficio a Martino Kopsych, castellano castri Kozthel aliisque quibusdam Petri Keglewych colonis in possessione Pwrgaria actricis colonis illato coram capitulo Zagrabiensi dandum 2. X. vere datum esse confirmatur. Orig. [Šavor]

**1088. Zagrabiae, 11. V. 1557. (D – XXXIII – 79)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek banus in causa inter Franciscum Keglewych de Bwsyn, abbatem de Thopwzka, in quem Petro, patre eius, mortuo praesens causa est condescensa, ut actorem atque Lucam Zekel de Kewend eiusque uxorem Catharinam Imreffy de Zerdahel ut reos, ad horum rogatum, edit paria litterarum capituli Zagrabiensis de 5. XII. 1553., quibus ius iurandum a praefate Luca et Catherina de innocentia eorum in omnibus actoris actionibus iuxta continentiam litterarum Nicolai comitis de Zrynio adiudicatoriarum coram capitulo 2. XII. 1553. dandum non datum esse confirmatur. Orig. [Šavor]

**1089. Warasdini, 11. V. 1557. (D – CXCVII – 187)**

Iohannes Lenkovitsh Petro comiti Erdödy bano refert se eius mandato de dato 8. V. eodem anno, quantum possit, satisfacturum esse, praeterea cum milites pixivarii tam cito conquiri nequeant, se de ea re dominis Styriae provincialibus scribere, postremo se banum brevi aditurum esse, quo tempore de omnibus rebus necessariis collocutati sint. Copia. [Gorski]

**1090. Zagrabiae, 12. V. 1557. (D – XXXIII – 80)**

Banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek reis Mathiae, Petro, Simoni, filiis quondam Petri Keglewych de Bwsyn, edit par litterarum capituli Zagrabiensis 3. X. 1555. datarum, quibus testatur Catherinam Imreffy de Zerdahel suam querelam contra Petrum Keglewych eiusque filios, quos de vi iobagioni Stephano Petrach in Wrankowczy (comitatus Warasdiniensis) illata et de furto accusavit, iuxta sententiam bani Nicolai comitis de Zrynio Zagrabiae 28. V. 1555. latam, 1. X. 1555. iureiurando confirmasse. Orig. [Mayer]

**1091. Zagrabiae, 13. V. 1557. (D – XXXIII – 81)**

Banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek banus in causa inter Franciscum, Matthiam, Nicolaum, Petrum et Simonem, Petri Keglewych de Bwsyn filios et successores, ut accusatos

atque Martham, Mathiae Sampwh de Felsew Thoplychycza viduam eiusque filiam Susannam ut actrices, ad harum rogatum, ut litterae Nicolai comitis de Zrinio, bani, de 10. V. 1555. de reambulatione, aestimatione ac titulo pignoris statutione necnon rerum mobilium ablatione atque marcarum solutione confectae, quibus exhibitis ipsae executionem facere non potuerunt, etiam in futurum valeant, capitulo Zagrabieni praecipit, ut hominem suum mittat, quo praesente homo banalis praescriptas litteras sine variatione exequatur. Orig. [Šavor]

**1092. Zagrabiae, 13. V. 1557. (D – XXXIII – 82)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek banus testatur Ludovicum et Ioannem de Zabok et Gasparum Kasnar de Felsew Sthobycza ius quartaliti bonorum olim Bernardi Werych in Zadowcz, quae Thomas Zalay de Zewlews tenet, et concordiam componere velle et Michaelem de Mylethyncz, viceprothonotarium et 3 nobiles sibi arbitros eligisse, quorum arbitrium si quae pars non accipiat, in 100 florenis contra aliam partem et arbitros vincatur.

Ex nota a tergo apposita apparet, arbitros diudicasse, ut Thomas Jofl actoribus titulo iuris quartaliti persolvere deberet, quod nisi fecisset, in duplum convincendus esset, actores autem bona Zadowcz occupare possent 2. VI. 1557. Orig. [Juričan]

**1093. Zagrabiae, 15. V. 1557. (D – XXXIII – 83)**

Capitulum Zagrabiese, a bano Nicolao comite de Zrynio litteris Zagrabiae 22. V. 1555. datis iussum, bano 1. VI. 1555. nuntiavit ex inquisitione apparere Ioannem Horwath de Krysthych eiusque uxorem Annam Bradach de Ladomercz possessionem Byzthrycze (comitatus Zagrabie), quae Ioannis Bradach erat, vi occupasse et domum et curiam disiecisse eiusque roboribus ad exstruendum fortalitium usos esse. Banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek propterea contra Annam Bradach, tunc iam uxorem Petri Castellanfy de Zenthlelek, in quam mortuo priore marito causa condescensa est, sententiam emendae capitis fert, qua multa 50 marcarum (= 100 florenorum) et amissione bonorum damnatur, et capitulum 15. V. 1557. sententiam exequi iubet. Orig. [Mayer]

**1094. Zagrabiae, 15. V. 1557. (D – XXXIII – 84)**

In causa Stephani et Martini filiorum Pauli Bwsanycz de Rathkowcz, qui dimidiam partem bonorum quondam Ioannis Jezdarycz aliter Jezdarychych, fratris eorum matris Margarethae induisi, ab Ioannis filiabus Elena, Anna, Margaretha, Cristina repeterunt, et litteras capituli Zagrabie ad banum Nicolaum comitem de Zrinio 17. VI. 1555. datas protulerunt, quibus bano nuntiatur reas, ut banus litteris Zagrabiae 30. V. 1555. datis praeceperat, 12. VI. eodem anno in ius vocatas esse, banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek sententiam suam, qua actores causam obtinent et rei multantur, capitulum Zagrabiese esequi iubet. Orig. [Mayer]

**1095. Zagrabiae, 16. V. 1557. (D – XXXIII – 85)**

Franciscus Keglewych de Bwsyn abbas de Thopozka, pro se et pro Matthia, Nicolo, Petro ac Simone fratribus Petrum Erdewdy de Monyorokerek banum certiore facit de unione cum Stephano Krwpezych, cive Kapronczensi, qui Petrum, patrem eorum, ablatarum quarundam petiarum panni accusaverat, haec autem causa eodem Petro mortuo in filios eius est codescensa, facta, qua Franciscus in satisfactionem omnium damnorum necnon refusionem expensarum iudicialium Stephano 80 florenos Hungaricales 25. VII. deponere, e converso autem actor reos omnibus oneribus absolutos reddere deberet. Orig. [Šavor]

**1096. Zagrabiae, post 16. V. 1557. (Frg – CIIL – 24)**

Capitulum Zagrabiese iuxta mandatum bani Petri Erdewdy datarum 16. V. 1557. Stephanum et Martinum Bwsanych de Rathkowcz actores ad postulationem Elenae Pewkry, viduae Eme-

rici Bradach, Margarethae, viduae Georgii Posedarzky, et Annae, viduae Petri Kastellanffy, in causam attracatarum, in novum iudicium vocat. [**nepotpisan**]

**1097. Zagrabiae, 17. V. 1557. (D – XXXIII – 86)**

Franciscus Keglwych de Bwsyn, abbas da Thopozka, suo ac fratrum suorum Matthiae, Nicolai, Petri ac Simonis nomine cum Stephano Krwpchych, cive Capronzensi, qui Petrum, patrem eorundem petiarum panni ablatarum in ius banale vocavit, coram Petro Erdewdy de Monyorokerek bano unionem facit, qua ipse in compensationem praescriptarum petiarum atque expensarum iudicialium refusionem eidem Stephano 80 florenos Hungaricales persolvere, viceversa autem hic Francisco eiusque fratribus de violentiis damnisque et aliis iniuriis illatis necnon de 80 florenis persolutis litteras absolutorias dare obstringatur. Orig. [**Šavor**]

**1098. Zagrabiae, 17. V. 1557. (D – XXXIII – 87)**

Banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek Francisco abbati de Thopwzka eiusque fratribus, filiis quondam Petri Keglwych de Bwzyn, qui Catherinae Imreffy, uxori Lucae Zekel, ne paria quidem litterarum possessiones Krapyna et Kozthel, quas Petrus Keglwych una cum Catherinae patre Michaele Imreffy a Georgio marchione Brandenburgensi emerat, concernentium tradere voluit, edit par litterarum capituli Zagrabiensis ad banum Nicolaum comitem de Zrynio 25. X. 1555. datarum, quibus bano nuntiatur filios Petri Keglwych, ut Thomas de Nadasd, palatinus et locumtenens regis litteris in oppido Zenth-Keresth 1. X. 1555. datis praeceperat, 20. X. eodem anno in ius ante banum vocatos esse, ut illas litteras sive earum paria traderent et partem expensarum Catherinae actrici presolverent. Orig. [**Mayer**]

**1099. Zagrabiae, 19. V. 1557. (D – XXXIII – 88)**

Banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek banus in causa inter Franciscum Keglwych de Bwsyn, abbatem in Thopozka, Petri filium, ut in causam attractum atque cives civitatis Capronzensis, qui praefatum Petrum duarum ecclesiarum in eadem civitate funditus dirutarum necnon trium campanarum ablatarum eoque ipsis plus 3000 florenorum damni illati accusaverunt, coram Nicolao comite de Zrynio bano mota atque coram supramemorato bano porro tractata et Petro mortuo ad filium eius Franciscum condescensa, capitulo Zagrabiensi praecipit, ut eorum inquisitione in facie castris Rascinya facta, meram veritatem constituat de eo, utrum praefatus Petrus praescriptas ecclesias consensu civium dictae civitatis consiliis capitaneorum regis diruerit campanasque abstulerit an eadem ecclesiae ab necessariam contra Turcas, qui incursionem in dictam civitatem fecerunt, defensionem consensu civium consilioque capitaneorum, ut reus asserebat, dirutae sint. Orig. [**Šavor**]

**1100. Zagrabiae, 18. V. 1557. (D – XXXII – 141)**

Petrus Keglwych de Bwsyn, quem Mathias Sampwh de Felsew-Thoplychycza reum fecit, quod huius sororem in vincula coniecerat, ubi mortua est, et ipsum 13 menses in carcere detinuit, iusiurandum obtulit, sed non praestitit, ut capitulum Zagrabiense 9. IV. 1551. bano nuntiavit, novum iudicium a bano in Ormosd 23. IX. 1553. obtinuit, cuius copiam idem capitulum, a bano Warasdini 29. I. 1555. iussum, ei 31. I. 1555. edidit, postremo a bano emenda capitis et amissione bonorum condemnatus est, quam sententiam a bano Zagrabiae 21. V. 1555. latam Andreas Bathor, iudex curiae regiae, Posonii 14. III. 1556. confirmavit. Petri filius Franciscus, abbas abbatiae Beate Mariae Verginis de Thopozka, a bano Petro Erdewdy de Monyorokerek petivit, ut sua bona ex hac sententia eximerentur, quod banus capitulum Zagrabiense exequi iubet. Orig. [**Mayer**]

**1101. Zagrabiae, 19. V. 1557. (D – XXXIII – 89)**

In causa Mathei litterati de Zalathnok et sociorum, qui Ioannem Alapy de Nagh Kemlek eiusque servitores accusauerunt, quod iobagionem Georgium Kozel terram exponentium in possessione Zobochlaz ad terras Zamlachya pertinentem, arantem aggressi equam et bovem gladio occiderunt et alios 2 boves vulneraverunt, quod incusatus negat et terras suas esse dicit, Petrus Erdewdy de Monyorokerek banus sententiam fert, ut utraque pars testibus assertiones suas coram testibus capituli Zagrabiensis confirmet. Orig. [Juričan]

**1102. Zagrabiae, 20. V. 1557. (D – XXXIII – 90)**

Banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek banus in causa inter Ladislaum, filium quondam Francisci, nepotem olim Ioannis Banffy de Also Lyndwa, ut actorem atque Franciscum Keglwych de Bwsyn, abbatem de Thopozka, in quem Petro, patre eius, mortuo causa est condescensa, ut in causam attractum, ad huius rogatum edit paria litterarum capituli Zagrabiensis, quibus idem litteris Nicolai comiti de Zrinio, bani, de 10. V. 1555. iussum praefatum Petrum, qui rerum parafernaliū Annae, Ioannis Banffy filiae, Stephani uero Deshazi uxoris, quae hoc mortuo in manus eiusdem devenerunt retentarunt accusatus est, admonuit, ut termino certo coram bano compareret rationem praemissarum redditurus. Orig. [Šavor]

**1103. Zagrabiae, 25. V. 1557. (D – XXXIII – 91)**

Litterae testimoniales Petri Erdewdy de Monyorokerek bani de unione inter Michaelē Mylethynczy, regni protonotarium, ut actorem atque Franciscum Keglewych de Bwsyn, abbatem de Thopozka, eiusque fratres Matthiam, Petrum, Nicolaum et Simonem in quo Petro, patre eorum, qui eiusdem actoris capti certaeque pecuniae ab eo per vim extortae capitis condemnatus est, mortuo praesens causa est condescensa, facta, qua rei 375 florenos Hungaricales actori pro damnis illatis persolvere debeant, ei converso autem idem actor reos omnibus oneribus absolutos reddere teneatur. Orig. [Šavor]

**1104. Zagrabiae, 26. V. 1557. (D – XXXIII – 92)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek banus in causa inter Ioannem Bradach de Ladomercz ut actorem et Annam, Petri Castellany de Zenthlekek viduam ut in causam attractam, quae in absentia condemnata quasdam postea litteras adiudicatorias pro sui parte exceptas, quibus actor ipsam in bonis ac iuribus possessionariis laedere voluit, attulit, capitulo Zagrabiensis praecipit, ut actorem in ius banale, omnibus litteris adiudicatoris productis, novum iudicium recepturum evocet. Orig. [Šavor]

**1105. Zagrabiae, 27. V. 1557. (D – XXXIII – 93)**

In causa Elisabeth, uxoris Ioannis Alapy de Nagh Kemlek, quae Lucam Zekel uxoremque eius Catharinam Imreffy accusavit, quod se in capillis constitutam ex dominio dimidiaē partis bonorum Kozthel et Krapyna exclusissent, quod accusati negant, cum actrix nullum ius in bonis haberet, Petrus Erdewdy de Monyorokerek banus sententiam fert, ut utraque pars assertiones suas coram testibus capituli Zagrabiensis in parochiali ecclesia in Zachretye 7. XI. 1557. iuramento confirmet. Orig. [Juričan]

**1106. Zagrabiae, 27. V. 1557. (D – XXXIII – 94)**

In causa Elisabeth filiae Wolfgangi de Frangepanibus et Catherinae Imrefy, uxoris Ioannis Alapy de Naghkemlek, contra Catherinam Imrefy, filiam Michaelis Imrefy de Zerdahel et dictae Catherinae, banus Petrus Erdewdy de Monyorokerek capitulo Zagrabiensis praecipit, ut 7. XI. 1557. in Zachretye inquisitionem faciat, utrum Elisabeth et eius soros uterina Catherina

in dominio castri Krapyna cum pertinentiis et castri Kozthel fuerit, anno 1546. a Catherina eiusque marito Luca Zekel eiecta sit, an Catherina a Wolfgango patre Elizabeth exclusa iure et armis castra recuperaverit. Orig. [Mayer]

**1107. Zagrabiae, 27. V. 1557. (D – XXXIII – 95)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek banus in causa inter Elizabeth, Ioannis Alapy de Naghkemlek uxorem, Wolfgangi de Frangepanibus filiam, ut actricem contra Lucam Zekel de Kewend eiusque uxorem Catherinam Imrefy, Michaelis Imrefy filiam, capitulo Zagrabiansi praecipit, ut omnibus nobiles et ignobiles comitatuum Waradiniensis, Zagrabiansis atque Crisiensis, quos actrix Zagrabiam duxerit, inquisitis meram veritatem constituat de eo, utrum actrix cum accusata Catherina in dominio castri Krapyna omniumque bonorum ad id castrum spectantium perstiterit atque in eodem castro, de quo a Luca Zekel eiusque uxore vi exclusa est, nata fuerit an Wolfgangus de Frangepanibus, pater actricis et Catherinae, filias suas de praedicto castro omnibusque bonis eiecerit, ipsum autem castrum et bona, quae post ab eadem Catherina armis recuperata essent, interceperit. Orig. [Šavor]

**1108. Zagrabiae, 28. V. 1557. (D – XXXIII – 96)**

Petrus Erdewdy de Monyorokerek banus in causa inter Gasparem de Pernye ut actorem ac Franciscum Keglewych de Bwsyn, abbatem de Thopozka qui cum Nicolao Kerlewachky, castellano castri Thopozka, usurpationis quarundam terrarum actoris Lazyne arabilium, quas Thomas Thomycza Gwzanych et Laurentius Mykowych, persoluto solito decimo manipulo tergii coluerunt, accusatus est, quam usurpationem idem a se factam esse negabat, sed praescriptas terras ab antiquo in possessione abbatiae fuisse affirmabat, coram Nicolao de Zrinio bano acta, in qua Franciscus, ut innocentiam suam iure iurando coram capitulo Zagrabiae dato sauciret, condemnatus revisionem eiusdem actionis postulavit, quae ob hoc a bano 31. V. 1555. ad curiam regiam Posonii ad revidendum missa est, sententiam bani ab eadem curia relati legitime factam 14. III. 1556. approbatam esse actioneque rursus ad finalem executionem, qua praefati rei ius iurandum coram capitulo dare deberent, restitutam esse confirmat. Orig. [Šavor]

**1109. E Libera Twrri, 29. V. 1557. (D – CXC VII – 188)**

Ioannes Lenkovitsh, confinium Croatiae et Sclavoniae supremus capitaneus, iuxta mandatum regium Iohannis Allapay et Ladislai Kheritzin vicecapitaneis praecipit, ut a praediis ac pratis miserorum subditorum Petri Castelanphy discedant et ad alios subditos equites se ad Brumen conferant ac dictis miseris subditis pro illatis damnis satisfaciant. Copia. [Gorski]

**1110. Zagrabiae, 4. VI. 1557. (D – XXXIII – 97)**

Capitulum Zagrabiansiense, litteris Petri Erdewdy de Monyorokerek bani Zagrabiae 27. V. 1557. datis iussum in causa Elisabeth, uxoris Ioannis Alapy de Nagh Kemlek quae Lucam Zekel de Kewend eiusque uxorem Catharinam Imrefy de exclusionem sui e communi dominos bonorum Kozthel et Krapyna accusavit, bano nuntiat, 30. V. 1557., 42 testes in favorem actricis coram se testatos esse. Orig. [Juričan]

**1111. Zagrabiae, 11. VI. 1557. (D – XXXIII – 98)**

Gaspar Skopchych de Myrkowcz contractum facit, quo bona sua in Thoplycza Francisco Greguroczy de Gregurowcz, Magdalenae viduae Ioannis Greguroczy, nunc uxori Petri Bedekouych, ac heredibus eiusdem pignori legata Catharinae Imrefy de privigno eius Michaeli Zekel de Kewend pro aliis bonis sibi dandis coram capitulo Zagrabiansi cedit. Orig. [Juričan]

**1112. Ex Castro Novo ad Szavum sito, 15. VI. 1557. (D – CXCVII – 189)**

Petrus Erdödy de Monyorokerek banus Francisco, Mathiae, Nicolao, Petro, Simoni, filiis olim Petri Keglewycz de Busyn illas duas partes bonorum patris, quas hic in causis contra Michael Radoslan de Milethyncz ratione captivitatis dicti Michaelis ac contram Martham viduam et puellam Susannam filiam quondam Mathiae Sampouch ratione captivitatis huius motis in rem Nicolao comitis de Zrinio bani amiserat, post bani autem mortem in se, eius successorem, devolverunt, condonavit. Orig. [Gorski]

**1113. Posonii, 16. VI. 1557. (D – CXCVII – 190)**

Radislaus Mossoczy et Christophorus Armpenster perceptores redituum camerae regiae, recognosunt Ambrosium de Gregoriancz, dicatorem regni Slavoniae, de residua subsidiorum regni Slavoniae parte iuxta aportam Nicolai comitis de Zrinio ac episcopi Zagrabienis florenos 455 denarios 95 tradidisse. Orig. [Gorski]

**1114. Viennae, 27. VI. 1557. (D – CXCVII – 191)**

Ladislaus Kastellanffy de Zenthlelek Petrum, fratrem suum, certiore facit se intra duos vel tres annos a pueritia exiturum esse, praeterea Dorotheam Annam, eorum sororem, rogare, ut sibi duas comnena, quales semel a matre perceperit, mittant, postremo fratri eiusque familiae bonam valetudinem apprecans ei minima bona sua commendat. Orig. [Gorski]

**1115. Posonii, 1. VII. 1557. (D – XXXIII – 99)**

Iacobus Zekel de Kewend, liber dominus in Ormosd et capitaneus regius, qui castra Krapyna et Kozthel cum pertinentiis sibi a rege donata, a noverca Catherina Imrefy, uxore Lucae Zekel, et a Petro Kelgewych de Bwsyn eiusque filiis repetivit, ut novercae vere maternum amorem pari gratia referat, ei castrum Krapyna coram Thoma de Nadasd, palatino et locumtenente regio, cedit, sibi autem castrum Kozthel, quod in manibus filiorum Petri Keglewych erat, reservat condicionibus successionis additis. Orig. [Mayer]

**1116. Posonii, 12. VII. 1557. vide Zagrabiae, 10. XI. 1557. (D – XXXIII – 106)**

**1117. Selyn, 4. VIII. 1557. (D – XXXIII – 100)**

Epistula bani Petri Erdewdy ad Iohannem Lenkhovitsh data, qua eum de nuntiis ab exploratore quodam et tribus Turcis ab haramiis de Zrinio captis compertis certiore facit, deinde de dispositione copiarum contra Turcarum motus, postremo rogat, ut sibi nuntiet, quae in animo habeat. Orig. [Mayer]

**1118. Zagrabiae, 8. IX. 1557. (D – XXXIII – 101)**

Michael de Mylethynczy viceprothonotarius, in causa sua contra Petrum Keglewych de Bwsyn, iuxta transactionem inter se et Franciscum, Mathiam, Nicolaum, Petrum et Simonem, filios Petri, 170 florenis persolutis hos coram Petro Erdewdy de Monyorokerek bano quitos dicit. Orig. [Juričan]

**1119. In Jastrebarszko, 9. IX. 1557. (D – CXCVII – 192)**

Petrus comes Erdewdy banus Iohannem Lenkovitsh, confinium Croatiae et Slavoniae supremum capitaneum, certiore facit, exploratorem quendam sibi retulisse Turcarum ducem Zokholowith vocatum ad campum Varadiniensem et par alpes ad totum Zagorie usque ad Crisium progredi regionesque populari velle, quam ob rem supremum capitaneum hortatur, ut cogitet, quid faciendum sit. Copia. [Gorski]

**1120. In Rokhonokh, 26. IX. 1557. (D – CXCVII – 193)**

Petrus Erdewdy banus Ioannem Lenkovitsh, confinium Croatiae et Sclavoniae supremum capitaneum, certiore facit passam Bosnensem cum 30 000 militum ex campo Levach dicto Novipaszar in Sclavoniam invadere velle, ibi dilectum habere totasque regiones exspoliare velle, quam rem etiam quendam haramiam Turcicum in regione Poschegae captum confirmasse, quam ob rem ipse cum supermo capitaneo conventurus est, ut prospiciant quid factu opus sit. Copia. [Gorski]

**1121. Zagrabiae, 29. IX. 1557. (D – XXXIII – 102)**

Ioannes Dwดย, Janko vocatus, Wolfgango Dwดย omnes portiones suas in castello Orehowycza ac in possessionibus Brezthowcz, Martynczy, Zadrowcz et Komor necnon curiam nobilitarem in Borychewcz portionesque in possessionibus Rakythowcz, Lowrech kapela, Chresnyewcz et Ladomercz ad dictam curam spectantes, itemque portiones in castro Zayezda et in possessionibus Zayezda et Wydowcz coram capitulo Zagrabieni 400 florenis Hungaricibus vendit. Orig. [Juričan]

**1122. Warasdini, 7. X. 1557. (D – XXXIII – 103)**

Magister Michael de Mylethyncz, regni Sclavoniae viceprotonotarius, Franciscum Keglewych abbatem de Thopozka eiusque fratres Mathiam, Nicolaum, Petrum, Simonem, filios Petri Keglewych de Bwsyn, captivitatis eiusdem viceprotonotarii et summae ab eo extortae sententia capitali condemnati, aestimatione omnium bonorum nobilium et immobilium habita, postquam ei satisfecerunt, expeditos coram bano Petro Erdewdy de Monyorokerek dicit. Orig. [Mayer]

**1123. Warasdini, 31. X. 1557. vide Zagrabiae, 8. XI. 1557. (D – XXXIII – 105)**

**1124. Warasdini, 7. XI. 1557. (D – XXXIII – 104)**

Ferdinandus rex Gaspari Magochy, capitaneo et praefecto oppidi Giulensis ac comiti comitatum Zarand et Bekes nuntiat totalem possessionem Dombegyhaz (comitatus Chanadensis) per defectum seminis Petri et Marci Laxych ad regem devolutam Christophoro Castellany de Zenthlelek, benemerito a se collatum esse, et praecipit illi, ut partem possessionis adhuc ab illo in rationem regis possessam Christophoro tradat. Orig. [Juričan]

**1125. Zagrabiae, 8. XI. 1557. (D – XXXIII – 105)**

Capitulum Zagrabien bano Petro Erdewdy de Monyorokerek nuntiat, ad eius iussum Warasdini 31. X. 1557. datum, Ambrosium litteratum de Gregoryancz, quem Andreas Augsthynecz et ceteri fratres condisionales generis Kysslwkachych de Drenowa reum fecerunt, quod iis iusciis portionem possessionariam Annae filiae quondam Emerici ex eodem genere 50 florenis emerat, 3. XI. eodem anno ante banum in ius vocatum esse. Orig. [Mayer]

**1126. Zagrabiae, 10. XI. 1557. (D – XXXIII – 106)**

Capitulum Zagrabien bano Petro Erdewdy da Monyorokerek nuntiat se, a Thoma de Nadasd, palatino et locumtenente regis, litteris Posonii 12. VII. 1557. datis iussum, Stephanum et Ioannem Drenowachky de Zlobocthyna in dominium possessionis Gorycza aliter Pregrada (comitatus Warasdiniensis), sine prole mortus ad regem devoluta locumtenens eis donavit, introducere voluisse, sed ei introductioni Vincentium Gozychky suo et liberorum quondam Ioannis Gorychky nomine contradixisse, quare hos in ius vocatos esse. Orig. [Mayer]

**1127. Warasdini, 15. XI. 1557. vide Zagrabiae, 6. 12. 1557. (D – XXXIII – 107)**

**1128. Viennae, 21. XI. 1557. (D – CXC VII – 194)**

Rex Ferdinandus comiti Nicolao a Zrinio, tavernicorum magistro, et Ioanne Lenkowsky, supremo capitaneo, mandat, ut Petrum et Ladislaum Castellany in universis eorum bonis et iuribus contra violentos turbatores defendant. Orig. [Gorski]

**1129. Zagrabiae, 6. XII. 1557. (D – XXXIII – 107)**

Capitulum Zagrabianse bano Petro Erdewdy de Monyorokerek nuntiat Gasparem filium quondam Christophori Pernye de Pernye et Gabrielem filium Thomae filii eiusdem Christophori, ut banus litteris Warasdini 15. XI. 1557. ad rogatum Marthae sororis Gaspari, viduae Petri Aythych de Bozetha, iusserat, ammonitos esse, ut de castro Pernye et pertinentiis, quae ius femineum aequae ac masculinum concernunt, portiones congruentes et litteralia instrumenta de eis bonis vel saltem paria, de eis vero, quae solum masculino iuri deserviunt, quartalicium sive quartam partem Marthae darent, alioquin in ius venirent. Orig. [Mayer]

**1130. Viennae, 6. XII. 1557. (D – CXC VII – 195)**

Rex Ferdinandus ad rogatum Petri, Christophori, Ladislai Castellany de Zenthlelek Petro comiti Erdewdy bano, cuius servitores in bona supplicantium Bykzad et Vyhel vocata irruerunt eorumque colonis frumentum et omnem victum ademerunt et alia damna intulerunt itaque eos pauperrimos reddiderunt, praecipit, ut rebus sic stantibus colonis pro damnis illatis satisfaciatur ac in posterum servitores suos a talibus violentiis prohibeat. Orig. [Gorski]

**1131. Viennae, 11. XII. 1557. (D – XXXIII – 108)**

Ferdinandus rex Caspari Magochy capitaneo supremo ac arcis oppidique Givlen praefecto, mandat, ut Christophorum Castellany in militum numero habeat stipendiumque ei in singulos menses solvat. Orig. [Šavor]

**1132. Zagrabiae, 31. XII. 1557. (D – XXXIII – 109)**

Georgius Berczkowych de Mekwssye plebanus de Gaaz, Simoni litterato Zlathynchych de Gaaz, quo cum Elizabeth, quondam Martini Berczkowych, fratris sui viduam, matrimonio iunxit, necnon Thomae, fratri eiusdem, quasdam sessiones in territorio possessionis Othok in pertinentiis castri Zthenychnyak (comitatus Zagrabianensis) necnon quasdam terras in Zthrwga, Popwthnycze, Chyztne Ledyna, Schywehye, Dwbrawa itemque quandam curiam in possessione Mekwssye coram capitulo Zagrabianensi donavit sub condicione, ut a nullo de praescriptis bonis nisi prius 212 florenis depositis, excludi possint. Orig. [Šavor]

**Regesta of the Sixteenth-Century Charters from the Archive of the Croatian  
Academy of Sciences and Arts**

**Sixth Part: Charters from the Period from 1555 to 1557**

*Regesta* Composed by Antun Mayer and Collaborators,  
Prepared for Publishing by Maja Katušić

Summary

The Archive of the Croatian Academy of Sciences and Arts (Croatian abbreviation: HAZU) keeps a collection called the *Diplomata*, in which numerous charters covering the time span from the Middle Ages until 1859 are deposited. Work on the archival ordering of the charters and making of the *regesta* for them was started by a group of Historical Institute and Archive employees and external collaborators, headed by Antun Mayer, and Jakov Stipišić and Miljen Šamšalović, in four volumes of *Zbornik*, starting from volume 2 (1959), in which there were published the *regesta* of the charters from 1018 to 1526. Nearly fifty years later, an initiative to publish the *regesta* started again, and from 2007 in five volumes of *Zbornik* (volumes 25-29) there were published 943 *regesta* of charters covering the period from 1527 to 1554. In this, the sixth part, the *regesta* of the charters dating from 1555 to 1557 are published.

**Key words:** the Early Modern Period, Croatian history, historical sources, charters, the Archive of the Croatian Academy of Sciences and Arts